Akta

Grodzkie i Ziemskie.

5.

AKTA
GRODZKIE I ZIEMSKIE

Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

z Archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie

W SKUTEK FUNDACYI

śp. Aleksandra hr. Stadnickiego

WYDANE STARANIEM

GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.

5

TOM V.

WE LWOWIE.

GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SEYFARTHA I CZAJKOWSKIEGO.

Z DRUKARNI NARODOWEJ W. MANIECKIEGO.

1 8 7 5.



PRZEDMOWA.

W sposobie traktowania textu zaprowadzono w tomie tym niektóre zmiany, które tutaj nasamprzód wyluszczyć należy.

Wiadomo, że w średniowiecznych łacińskich dokumentach oddaje się zwykle, przedewszystkiem w końcówkach, litery *ii* za pomocą znaku podobnego do litery *y* z dwiema kropkami lub bez nich. Literę tę oddawano w tomach II do IV zbioru tego zwykle przez *y*. W tomie, który teraz oddajemy w ręce uczonej publiczności, zaprowadzono zmianę. Zamiast tego *y* bowiem drukowano *ii* we wszystkich miejscach, w których owa litera zastępuje rzeczywiście *ii*, zatrzymano ją zaś tylko tam, gdzie albo rzeczywiście oznacza *y* albo też samo *i*, a to z następujących powodów:

W wielu kodexach oddawano znak ten zapomocą *ij* i to—zdaniem naszem — zgola niewlaściwie, bo litera *j* nie jest w czasach tych jeszcze znaną, a gdzie pozornie zachodzi, tam jest jedynie tylko kaligraficznem przedłużeniem litery *i* pod linią. Gdzie więc napotykamy zamiast *ii* kształt podobny do *y* z dwiema kropkami lub bez nich, tam owa druga dłuższa kreska jest także tylko takiem kaligraficznem przedłużeniem litery *i* pod linią, tak samo jak w liczbach rzymskich przedłuża się regularnie ostatnią kreskę lub w literach *m* i *n* bardzo często. Oddawanie owego podwójnego *i* za pomocą *y* jest zatem tylko przesadnią skrupulatnością, bo w takim razie, postępując konsekwentnie, trzebaby w druku oddawać także owe przedłużone *m*, *n* i ową przedlużoną kreskę w liczbach rzymskich, coby jednak prowadzilo tylko do większej pstrokacizny textu a nie przyczynialo się w niczem do dokładniejszego oddania treści i pojedyńczych wyrazów.

Co do wielkich początkowych liter, używanych, jak wiadomo, w średniowiecznych łacińskich dokumentach bez wszelkiej ścisłości, to zupełnie usunięto niepotrzebne, trzymając się zwykłych teraźniejszych reguł łacińskiej pisowni, jako to zaczynając od wielkich liter tylko imiona własne i niektóre inne wyrazy jak n. p. *Rex*, *Deus*. Jedynie tytuły świadków, aby lepiej wpadały w oko, zaczynano od wielkiej początkowej litery.

Do zwykłych dwóch indexów dodano w tomie tym jeszcze trzeci a mianowicie: *Spis pieczęci opisanych w tomie II do V* (zob. str. 273). Spis ten ma ułatwić pracę sfragistykom i heraldykom, którymby mniej chodziło o treść umieszczonych tu dokumentów, więcej zaś o opisane tu pieczęci Żeby więc nie potrzebowali wertować od początku do końca całego tego zbioru dla odszukania jakiej pieczęci, ułożono ten spis, który od razu wskaże im to, o co im chodzić może. Ze spisu tego wynika zresztą nie jedno uzupełnienie i sprostowanie do herbarza Niesieckiego i innych.

Treścią swą odnoszą się oddrukowane w tomie tym dokumenta przeważnie do historyi miast: Lwowa (lata 1426—1457), Przemyśla, Tarnowa i licznych innych miejscowości, jak n. p. Zubrzy. Kilka dokumentów Władysława Opolczyka, oddrukowanych tutaj bądź po pierwszy raz, bądź też w poprawniejszym texcie, przyczynią się — sądzimy — do trafniejszego ocenienia rządów księcia tego na Rusi, dotychczas jeszcze nie zupełnie dokładnie znanych.

We Lwowie w Grudniu 1874 r.

W IMIENIU WYDAWNICTWA:

Oktaw Pietruski. *Dr. Xawery Liske.*

Dyplomataryusz.

I.

W Krakowie 7 (?). Marca 1330 r.

Władysław Łokietek dozwala Spicymirowi, wojewodzie krakowskiemu, w dziedzictwie jego Tarnowie założyć miasto na prawie niemieckiem.

In nomine Domini Amen. Sic nos Deus in agendis subditorum nostrorum profectibus gratiosa consideratione semper prospicere solet, ut qui eos ad impetranda grata nobis obsequia promptos esse volumus, ipsorum etiam utilitatibus et commodis efficaciter intendamus, igitur nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae et Dominus Cracoviae, Sendomiriae, Lanciciae, Cuiaviae caeterarumque terrarum universis praesentibus et futuris, ad quorum praesentiam series praesentium pervenerit, notum facimus et recognoscimus evidenter: quia attendentes plurima merita nobilis viri comitis Spicimiri, palatini nostri Cracoviensis, nobis indesinanter exhibita tam utiliter quam constanter et in posterum favente Domino exhibenda, hereditatem ipsius Tharnow vulgo dictam cum suis pertinenciis seu villulis atque villis, prout in districtu seu ambitu suo continetur, de iure Polonico in ius Theutonicum civitatis nostrae Cracoviensis transferimus: dantes sibi (*sic*) civitatem ibidem locandi et fori auctoritatem sive forum habendum die [1]), quem elegerit in septimana, plenam et liberam facultatem. Et ut eo facilius et cicius homines ad locum civitatis praedictum invitati seu vocati conveniant, quo largiorem libertatem, amplitudinem et maiorem iurium in eodem habuerint firmitatem, advocatum et incolas loci praedicti seu locorum a palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum seu officialium quorumcunque eximimus iurisdiccione liberosque facimus et reddimus ab omni penitus potestate, sic quod advocatus et cives locorum praedictorum in causis magnis et parvis causas criminales et civiles iudicabunt et cognoscent, mutilationes, sanguinis effusiones et alias, quaecunque sint et quomodocunque vocentur, poenam etiam sive poenas cum domino seu

[1]) W kopii, z której drukujemy, stoi zgoła bez sensu: *diem*.

herede percipient iudicati. Praeterea in omnibus et singulis iuribus, exactionibus seu collectis generalibus et specialibus et negociis civitatum generaliter omnibus hic inclusis iure seu more civitatis Cracoviensis perfruentur. Citati nihilominus ad nostram praesentiam per literam sigillo nostro munitam, respondere in causis quibuscunque, ut praemissum est, non alio quam iure suo tenebuntur. Et ut praemissa perpetue robur obtineant firmitatis, in testimonium et evidentiam rei clariorem praesens privilegium sibi (*sic*) confici et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Actum Cracoviae anno domini 1330 Nonis [1]) Marcii praesentibus his testibus Comite Manogio Castellano, Comite Msczugio Iudice, Nicolao Bogorio Succamerario Cracoviensibus, Sandone Iudice Sandomiriensi, Iascone Castellano Sandecensi, Domino Iaroslao Archidiacono Cracoviensi. Datum per manus Sbignei Cancellarii nostri et Praepositi Cracoviensis.

Wydrukowano według papierowej kopii z XVII. wieku, znajdującej się w posiadaniu miasta Tarnowa.

II.

Na zamku tarnowskim 24. marca 1342 r.

Spicymir, kasztelan krakowski, daje Mikołajowi las Kezeyrswald zwany celem osadzenia go na prawie magdeburskiem.

IN nomine Domini Amen. Humane rationi divinitus est provisum, ut universa testibus ac testimonio literarum fulciantur, que debent remanere perpetuis temporibus duratura, proinde noverint singuli ac universi, tam presentes quam futuri, presencium continenciam inspecturi, quod nos Spithimirus, castellanus Cracouiensis, silvam nostram densam, dictam Kezeyrswald, dedimus iure Theutonico locandam, quod Maydburgense vulgariter vocitatur, discreto viro Nicolao; in qua quidem quadraginta mansos locare tenebitur et debebit, racione autem eiusdem locacionis mansum cum dimidio, thabernam, molendina et piscinas, quotquot intra mansos sive gades ipsius hereditatis poterit informare, absque impedimento dictorum mansorum et emethonum, unacum tercio denario de iudicio et sexto de censu mansorum eidem sculteto atque suis liberis succedaneis iure hereditario in perpetuum duximus conferenda, libera ab omnibus censibus, solucionibus, exaccionibus et laboribus universis. Damus denique incolis hereditatis antedicte plenam, meram ac omnimodam libertatem ad spacium viginti annorum continue a data presencium conputando, qua elapsa

[1]) W kopii, z której drukuję, stoi *Nonas*, jest to więc albo błędem, który poprawiono na *Nonis*, albo też wypadła przed tym wyrazem liczba.

de quolibet manso sex scotos grossorum, sex mensuras triplicis grani, videlicet tritici duas, siliginis duas et avene duas racione census in festo sancti Martini singulis annis solvere nobis et nostris posteris tenebuntur et pro decima tantum per sex scotos. Scultetus vero cum suis sequacibus antefati de dicta scultetia, secundum quod aptum fuerit, debebunt deservire, ipsam quoque eisdem licitum erit vendere, donare, commutare, quomodolibetque alienare, ad usus proprios convertere cum nostra nostrorumque speciali voluntate pariter et assensu. In cuius evidenciam firmiorem presentes conscribi fecimus, nostri sigilli munimine roborantes. Actum in castro nostro Tharnouiensi dominica die Ramispalmarum anno domini M° C° C° C° XL^mo secundo, presentibus comite Henrico Subcamerario Sandomiriensi, Bernardo et filio ipsius Pascone de Gora heredibus, Hancone Advocato, Verakone fratre ipsius, Ianussio dicto Skoczkone civibus Tarnoviensibus et ceteris; datum vero per manus Nicolai Notarii curie nostre.

Na drugiej stronie napis późniejszy: Las Kieyden ad bona communia. Dokument oryginalny, pergaminowy, dobrze zachowany, pieczęć oderwana, pozostał sznurek jedwabny. Własność zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 571.

III.

W pobliżu Szczebrzeszyna 23. Sierpnia 1352 r.

Kazimierz Wielki przenosi wieś Otwinów z pod prawa polskiego pod prawo niemieckie zwane szredskie.

In Nomine Domini Amen. Dignum est, ut, quod principum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere: eapropter nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomeranieque dominus et heres, ad noticiam et testimonium omnium, tam presencium quam futurorum, harum serie literarum volumus devenire: quod ponderatis multiplicibus obsequiis, nobis per fidelem nostrum Warcislauum heredem de Othvinow [1]) exhibitis et in posterum exhibendis, ut merita graciarum vicissitudinibus repensentur, exnunc villam suam Othwynow dictam, sitam super fluvium Dunaiecz, prout in suis terminis est distincta, de iure Polonico in ius Theotonicum, quod Sredske vulgariter dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem omnia iura Polonicalia, angarias et preangarias universas, que ipsum ius Theotonicum impedire seu perturbare consueverunt. Preterea absolvimus kmethones et incolas ville predicte ab omnibus iudiciis et iurisdiccionibus omnium palatinorum, castella-

[1]) Otwinów wieś w powiecie dąbrowskim.

norum et quorumlibet iudicum nostri regni, ita quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis magnis seu parvis et negociis quibuscunque non debeant respondere, nisi coram suo scolteto per predictum Warcislaum vel eius successores deputato respondebunt; scoltetus vero non alias quam coram suo domino, vel eciam coram nobis, dum per literam nostro sigillo munitam evocatus fuerit, tunc de se querulantibus non aliter quam suo iure Theotonico respondebit; demum in causis criminalibus puta furti, sanguinis, homicidii et aliis universis scolteto ville memorate iudicandi plenam et omnimodam conferimus facultatem, prout ipsum ius Theotonicum scilicet Sredske postulat et requirit. In quorum omnium testimonium et evidenciam clariorem presentes dari fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum prope Szczebressyno [1]) opido ruthenicali in vigilia beati Bartholomei apostoli anno domini millesimo CCC quinquagesimo secundo; presentibus hys testibus Iohanne Iura Palatino Sandomiriensi, Ewstachio Lublinensi, Iohanne Woyniciensi Castellanis, Petro Tribuno Cracouiensi, Czanssa de Cowale, Stanislao de Mokrsco heredibus et aliis pluribus fide dignis.

Na odwrotnej stronie napis późniejszy, podający treść dokumentu. Dokument oryginalny na pergaminie; pieczęć oderwana, sznurek jedwabny pozostał; własność zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 549.

IV.

W Wiślicy 27. Października 1359 r.

Kazimierz Wielki nadaje, na prośby Świętoszki, wdowy po Henryku, kasztelanie wiślickim, i ich syna Mikołaja wsiom Gorzyce, Wielopole i Uście prawo niemieckie.

(I)N nomine Domini Amen. Quod magnifica regum decrevit fieri auctoritas, ratum atque stabile perpetue debet non immerito permanere, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Craconie, Sandomirie, Syradie, Cuyauie, Lancicie Pomoranieque dominus et heres universis tam presentibus quam futuris tenore presencium volumus esse notum: quod multiplicibus serviciis consideratis et inspectis, que nobis Henricus, bone memorie olim Castellanus Wisliciensis, quampluries fideliter ac constanter exhibuit, in recompensam eorumdem suorum serviciorum et ob peticionem discrete mulieris

[1]) Szczebrzeszyn nad rzeką Wieprzem, miasto ordynacyi Zamojskiej.

Swanthoscze relicte et Nicolay filii ipsius villas suas Gorzicze[1]), Welopole[2]), Vscze[3]) vulgariter dictas protunc iure Polonico locatas, secundum quod edem (*sic*) ville in suis gadibus sunt ab antiquo circumferencialiter limitate, de iure Polonico in ius Theutunicum, quod Sreczske vulgariter dicitur, perpetuo duximus transferendas, eximentes et absolventes omnes scultetos vel scultetum unacum incolis villarum prenominatarum ab omnibus iuribus Polonicalibus, dacionibus, contribucionibus, angariis et aliis quibuscunque consswetudinibus Polonici iuris, que ius Theutunicum perturbare consweverunt, et ab omnibus iudiciis castellanorum, pallatinorum, iudicum, subiudicum, omnium officialium, ministerialiumque universorum, ita quod coram ipsis vel ipsorum aliquo minime respondere tenebuntur, sed in omnibus penis sive causis, puta furti, sanguinis, homicidii, mutillacionis et eciam quibuscunque, que omnia et singula iudicanda occurrerint in bonis predictis coram sculteto vel sculthetis (*sic*) villarum seu herede iure Theutunico pretacto terminari sive iudicari debebunt, et ipse heres et suis successores unacum sculteto vel sculteti suis secundum ius Theutunicum omnes penas sive emendas in villis dictis pro se recipient, secundum quod idem ius exigit et requirit. Idem autem scultetus, dum per nostram litteram citatus fuerit, tunc de se querulantibus in nostra curia iure Theutunico tenebitur respondere. In cuius rei testimonium presentem litteram fieri et nostri sigilli muniminie iussimus communiri. Datum Wyslicie in vigilia beatorum Symonis et Iude apostolorum anno domini M⁰C⁰C⁰C⁰L⁰IX⁰, presentibus hys testibus Floriano Cancellario Lanciciensi, Stanislao Malogostensi, Swantopalkone Syradiensi Castellanis, Przeczslao Subagazone Kalisiensi, Swanthoslao Vicethesaurario nostro, Procossio de Bogoria et aliis multis fidedignis.

Dokument oryginalny na pergaminie w Zakładzie narodowym imienia Ossolińskich pod Nr. 520. Pieczęci brakuje, pozostał tylko sznur jedwabny koloru zielonego. Na zewnętrznej stronie dokumentu napis z XV wieku: *theutunicum ius super Goricze et Velepole.*

V.

W Wiślicy 6. Czerwca 1365 r.

Kazimierz Wielki pozwala Michałowi ze Strożyc założyć na prawie niemieckiem wieś Zdzar.

(I)n Nomine Domini Amen. Quod magnifica regum decrevit fieri auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie

---

[1]) Gorzyce, wieś w powiecie dąbrowskim.

[2]) Wielopole moszczańskie, wieś w powiecie dąbrowskim. Wprawdzie jest więcéj w tej części Galicyi wsi tego nazwiska, lecz najprawdopodobniej tu mowa jest o tej.

[3]) Uście jezuickie, wieś w powiecie dąbrowskim.

ac terrarum Craconie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyanie, Pomoranie Russieque dominus et heres noticie universorum tam presencium quam futurorum presentibus declaramus, quod consideratis et inspectis dignis fidelibusque obsequiis, que nobis nobilis vir, dominus Michael, heres de Strozisch [1]), multipliciter et constanter inpendit et in futurum Deo duce inpendere est paratus, horum igitur intuitu exnunc sibi villam novam in silva sua, dicta vulgariter Zdzar [2]), sita in terra Sandomiriensi, quam eodem nomine volumus nuncupari, locandi iure Thewtonico Sredensi plenam et omnimodam concedimus potestatem, removentes ibidem omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Thewtonicum sepissime perturbare consueverint. Eximimus insuper et liberamus perpetuo predictum Michaelem, successores et familiam ipsius ac scoltetum et omnes incolas predicte hereditatis ab omnibus iuribus, iurisdiccionibus, citacionibus et penis omnium palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum regni nostri et ministerialium ipsorum, ita quod coram ipsis vel coram aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum mutilacionibus et aliis quibuscunque citati minime respondere aut aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum incole coram suo scolteto, scoltetus vero coram domino suo aut coram nobis dumtamen per literam sigillo nostro munitam evocatus fuerit, tum de se querulantibus iure sibi competenti respondere tenebuntur. In causis autem criminalibus superius expressis supradicto scolteto iamdicte hereditatis secundum formam predictam iuris Thewtonici iudicandi, sentenciandi, condempnandi et puniendi plenam et omnimodam concedimus facultatem. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Wislicie feria sexta proxima post festum Penthecosthen anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, presentibus Pelca Sandomiriensi, Nicolao Cracouiensi Iudicibus, Bodzatha Procuratore Generali, Iohne (*sic*) de Rzessow, Andrea Subiudice Cracouiensi, Iacussio de Mlyny et aliis multis fidedignis. Datum per manus honorabilis viri domini Iohannis cancellarii Cracouiensis.

Pergaminowy oryginał dobrze zachowany w bibl. zakł. im. Ossol. nr. 541. Pieczęć wraz z sznurem, na którym wisiała, oderwana.

---

[1]) Może Strożyska w dawnem województwie krakowskiem, obwodzie i powiecie stopnickim, o 2½ mili od Stopnicy.

[2]) Zdzar wieś w dawnem województwie sandomirskiem, obwodzie i powiecie radomskim, o 3 mile od Radomia.

VI.

W Krakowie 19. Listopada 1367 r.

Kazimierz Wielki przenosi na prośbę Jaśka Ligęzy wieś jego Rzeczycę, w ziemi sandomirskiej położoną, z pod prawa polskiego na prawo niemieckie szredzkie.

(I)n nomine domini amen. Quod regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetue permanere, eapropter nos Kazimirus Dei gratia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomeranie Russieque dominus et heres notificamus, quibus expedit, universis, quod nos peticionibus strennui viri domini Iesconis Lyganza dicti peticionibus favorabiliter annuentes, villam suam infrascriptam terre Sandomiriensis predicte videlicet Reczica [1]), prout est in suis limitibus et circumferenciis distincta, de iure Polonico in ius Theutunicum tranferimus perpetuis temporibus duraturum; in ipsa villa omnes modos, iura et consuetudines, que ipsum ius Theutunicum impedire consueverunt et possent, penitus removentes ac absolventes sculteto et kmethones universos ville predicte, qui pro tempore fuerint, ab omnibus et singulis iudiciis et potestatibus omnium palatinorum, castelanorum, iudicum et subiudicum ac ministerialium eorundem universorum regni nostri ita, quod coram ipsis aut eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii ac aliis quibusvis causis citati minime respondebunt, sed tamen kmethones predicte ville coram ipsorum sculteto, qui pro tempore fuerit, scultetus vero coram ipsius domino, pro tempore existente, aut iudicio nostro generali, dumtamen per nostram literam sigillo nostro sigillatam fuerit evocatus, tunc de se querulantibus non aliter rospondebit, nisi iure ipsius Theutunico, videlicet Srzedensi, sit cuilibet astrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus sentenciandi, condempnandi et iudicandi supradicto sculteto dicte ville Reczycza damus et concedimus plenam facultatem, prout ipsum ius Theutunicum Srzedense in omnibus suis punctis et articulis postulat et requirit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Cracouie in die beate Elizabeth anno domini millesimo CCC⁰ sexagesimo septimo, presentibus Iescone Castellano, Andrea Palatino Cracouiensi, Petro Palatino Sandomiriensi, Prezdborio Dapifero Cracouiensi, Bodzata Procuratore Generali et Andrea Subiudice Cracouiensi ac aliis pluribus testibus nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus domini Ianussii

[1]) Rzeczyca mokra i Rzeczyca sucha obie tuż pod samym Sandomierzem.

doctoris decretorum, nostri Cracouiensis Cancellarii, scriptum vero per Symonem nostre regalis curie Notarium.

Na odwrotnej stronie napis prawie współczesny: *Theutunicum ius super Borek et Reczicza.* Napis późniejszy: *Privilegium iuris theutonici in villis Borek et Rzeczyca.* Dokument oryginalny, pergaminowy, dobrze zachowany. Pieczęć oderwana, pozostał tylko zielony sznurek. Własność zakładu narodowego im. Ossolińskich nr. 445.

VII.

We Lwowie 11. Listopada 1372 r.

Władysław Opolski daje klasztorowi Świętokrzyskiemu Franciszkanów we Lwowie dom murowany obok zamku.

Nos Ladislaus Dei gracia dux Opoliensis, Velunensis terreque Russie dominus et heres notum facimus presentibus omnibus Christi fidelibus, quibus expedit, universis, quod precogitantes salutem anime nostre antecessorumque nostrorum, volentes eciam cultum divinum iuxta posse nostrum, divina nobis favente clemencia, augmentare, domum nostram muratam cum fundo ipsius et omnibus circumstanciis, circa castrum nostrum Lemburgense, in ipsa civi(*ta*)te nostra Lemburga inferius situatam, claustro seu monasterio Sancte Crucis ac Conventui Fratrum Ordinis Minorum, ibidem in Lemburga existencium, perpetuis temporibus donamus, asscribimus et apropriamus, nichil nobis penitus ac successoribus nostris iurisdiccionis in supradicta domo reservantes, sed ipsam domum simpliciter prescripto Conventui Sancte Crucis in Lemburga in evum incorporamus. In cuius donacionis nostre perhennem memoriam presentes scribi fecimus nostri sigilli maioris et autentici appensione consignatas. Datum in Lemburga in die sancti Martini confessoris gloriosi anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo.

Dokument ten w dobrym stanie zachowany, dość czytelnie pisany. Na zagięcce jest napis: „*Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.*“ Pieczęci u dokumentu brakuje, pozostał tylko sznurek jedwabny czerwony. Na zewnętrznej stronie znajdują się napisy częścią już prawie nieczytelne. Oryginał jest własnością pana Kazimierza Laskowskiego.

VIII.

W Jarosławiu 15. Grudnia 1373 r.

Władysław, książe Opolski, nadaje wieś Gwoździec, w powiecie kołomyjskim położoną, Chodkowi Lojowiczowi prawem lennem, oznaczając zarazem warunki.

In Nomine Domini Amen. Decet excellenciam principum suorum subditorum comodis et utilitatibus intendere, ut, dum eorum profectibus invigilant, ipsos in honoris sui promocione serviciis senciant prompciores, nos igitur Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, dominus Wyeluniensis et Russie etc. ad perpetuam rei memoriam volumus devenire: quod inspectis dignis et fidelibus obsequiis per Chodkonem Loyowycz fidelem nobis exhibitis et adhuc futuris temporibus nobis et nostris successoribus eo fidelius exhibendis, maturo nostrorum seniorum prehabito consilio diligenti, de nostre largitatis munificencia eidem Chodkoni et suis heredibus atque legittimis successoribus villam nostram dictam Choszdzecz[1]) prope flumen dictum Czarnyawa[2]) in districtu nostro Colomiensi et cum omnibus suis pertinenciis, iuribus et dominiis, proventibus, obvencionibus, censibus, redditibus et emolimentis,[3]) prout eadem willa in suis metis et graniciis est situata circumferencialiter et distincta, cum agris cultis et incultis, et de nowo extirpandis, cum silvis, mericis, nemoribus, rubetis, aucupacionibus, venacionibus, pratis, pascuis, molendinis, stangnis (*sic*), piscinis, montibus, collibus, vallibus, planiciebus, aquis, aquarumve decursibus, ceterisque omnibus adherenciis, utilitatibus et usufructibus, pro nunc in dicta villa existentibus vel temporibus succesivis ex eadem provenire valentibus damus, conferimus, donamus et appropriamus[4]) prenominato[5]) Chodkoni et suis heredibus et legittimis successoribus hereditarie iure Feodali,[6]) ea libertate et consuetudine, qua ceteri vaselli (*sic*) nostri possident sua bona, perpetuis temporibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, obligandam, donandam, alienandam, immutandam et ad usus beneplacitos convertendam. Hoc tamen excluso, quod singuli kmethones in dicta villa residentes, nobis et nostris successoribus singulis annis ad festum sancti Martini Confessoris duos grossos latos solvere pro censu nostre camere sint astricti, et quod prenominatus Chodko aut sui successores de prescripta villa nobis aut nostris heredibus, quocienscumque ad expedicionem generalem in terra Russie vocatus fuerit, cum una hasta et

---

[1]) Gwoździec mały i stary, wieś w powiecie kolomyjskim. *Gozdzecz* w Muczk. i Rzyszcz. kodexie. [2]) Czerniawa rzeczka wpadająca do Prutu. *Czarnawa* u Muczkowskiego. [3]) *emolumentis* u Muczk. [4]) *approbamus* u Muczk. [5]) *eidem* u Muczk. [6]) *feudali* u Muczk.

uno sagitario, cum armis bene preparatis, in equis valentibus tenebuntur[1]) deservire. Promittimus insuper prenarrato[2]) Chodkoni ac suis successoribus, quod si captus vel capti fuerint sub nostro Balinario[3]) (*sic*) in exercitu nostro, seu aliqua dampna in equis interfectis perceperint ab hostibus nostris, ipsum vel ipsos ab huiusmodi captivitate, scitu tamen proborum virorum, dampnis singulis restitutis, liberare. In cuius rei testimonium presentes scribi fecimus et nostri sigilli maioris munimine[4]) roborari. Actum et datum Iaroslaw feria quinta post diem beate[5]) Lucie virginis gloriose anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, presentibus hys strenuis Bohvncono[6]) Magistro nostre curie, Merbothe[7]) de Odiovycze, Ienkone[8]) de Konczovycze, Chodkone de Biblicz[9]), Leone de Dworkowicz, Byenkone[10]) Castellano Lamburgensi et Iohanne de Glogouia nostro Prothonotario.

Dokument ten drukowano według potwierdzenia Władysława Jagiełły z r. 1416, umieszczonego i opisanego poniżej pod nrem. XXX. Był on już poprzednio z niektóremi niewłaściwościami, wykazanemi powyżej, drukowany w kodexie Muczkowskiego i Rzyszczewskiego I, 238-240 według kopii z r. 1627.

IX.

W Krakowie 1374 r.

Jan zwany Feliks i Jan proboszcz kościoła św. Michała na zamku w Krakowie, bracia a spadkobiercy ś. p. Jana Pakosława dziedzica Jurkowa, Rzeszowa i Brnik, nadają wraz z matką i młodszym bratem swym we wsi Brnik Pełce dziedzicowi z Olchowy sołtystwo i 24 łanów frankońskich, nadając przy tem tej wsi prawo magdeburskie.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Noverint universi, quibus expedit, tam presentes quam futuri: quod nos Iohannes dictus Felix et Iohannes prepositus ecclesie sancti Michaelis in castro Cracouiensi, una cum matre nostra et cum consensu fratris nostri iunioris, heredes legittimi strenui militis domini Iohannis Pacoslai pie recordacionis, heredis de Iurkow[11]), de Rzeszow[12]) et de Brnik[13]), cupientes villam nostram, Brnik vulgariter nuncupatam, in melius reformare, sculteciam in eadem villa Brnik contulimus et iure perpetuo

[1]) *tenebitur* u Muczk. [2]) *prenominato* u Muczk. [3]) *Balmario* u Muczk. [4]) *munitione* u Muczk. [5]) *sanctae* u Muczk. [6]) *Bohyncono* u Muczk. [7]) *Merbathe* u Muczk. [8]) *Fenkone* u Muczk. [9]) *Riblicz* u Muczk. [10]) *Sienkone* u Muczk. [11]) Jurków, wieś w powiecie brzeskim, być może atoli że to jest Jurków przysiołek do Bobrownik, bliżej wsi Brnik położony. [12]) Rzeszow miasto. [13]) Brnik, wieś w powiecie dąbrowskim.

dedimus nobili viro domino Pelche, heredi de Olchoua [1]), iure Theutuniko, videlicet Maydburgensi, locandam, viginti quatuor mansos frankonicos, vel quod plus extirpare poterit. Dantes et conferentes eidem domino Pelche in villa nostra Brnik domum nostre habitacionis, duos mansos liberos ad dictam domum nostram pertinentes, duo pratha, unum prathum nomine Nurcoua, secundum prathum nomine Zari, unam tabernam, molendinum, macellam carnium, fabrile, mensam panis et sutorum, venaciones ferarum cum mellificio; hoc adiecto quod nos, nec nostri posteri suo tempore in eadem villa dicta Brnik thabernam vel molendinum in prediudicium (*sic*) domini Pelche vel suis successoribus (*sic! sic!*) erigere valeamus, dantes incolis, qui in ibi locati fuerint, ab omnibus iuribus, solucionibus, exaccionibus, angariis et preangariis a data presencium infra spacium viginti annorum omnimodam libertatem. Evoluta igitur libertate, kmethones predicte ville de quolibet manso octo scotos nobis pro censu solvere tenebuntur; de quo censu seu de silva vel de pascuis dominus Pelka vel sui posteri sextum denarium pacifice et quiete possidebunt; de causis itaque iudicatis vel non iudicatis, magnis seu parvis tercium denarium optineant (*sic*). Insuper contulimus sepe dicto domino Pelche vel suis successoribus plenam et omnimodam potestatem, predictam scoltheciam in Brnik donare, vendere, alienare, comutare ac pro sua vel suorum posterum voluntate convertere. Item sepe dicte ville kmethones nobis tria prandia infra annum vel pro quolibet prandiorum octo grossos solvere teneantur. Elasa (*sic*) vero libertate iam dictus dominus Pelka vel sui posteri ad omnem expedicionem unum famulum in equo trium marcarum, in pancerio cum balista nostris in expensis nobiscum transmittere sint astricti. Ne tamen nostra donacio predicta quovismodo perturbetur ipsam in presenti carta ad perpetuam memoriam conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine iussimus roborari. Actum et datum in Cracouia anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, presentibus hys testibus nobilibus viris, domino Wlodkoue Pincerna herede de Harbinouicz, domino Markone Subiudice Sandomiriensibus, domino Paszkone herede de Radlna, domino Clemente herede de Preczslaw, domino Michaele herede de Boleslaw, domino Dobeslao herede ibidem, domino Nicolao herede de Smechouicz et aliis quam pluribus fidedignis.

Dokument oryginalny na pergaminie jest obecnie własnością Zakładu narod. Imienia Ossolińskich, pod nr. 531. Dobrze zachowany. Pieczęci, których było niegdyś dwie, brakuje, pozostały tylko dwa jedwabne sznury koloru czerwonego.

---

[1]) Olchowa, wieś w powiecie ropczyckim. Porównaj dokument z 16. Listopada 1388 r. umieszczony poniżej pod nrem XVII.

X.

We Lwowie 9. Grudnia 1375 r.

Władysław, książe Opolski, nadaje wsie Strylcze, Wierzbąż i Mikityńce Waszkowi Teptukowiczowi prawem lennem pod pewnymi warunkami.

In Nomine Domini Amen. Decet excellenciam principum suorum subditorum comodis et utilitatibus intendere, ut, dum eorum profectibus invigilant, ipsos in honoris sui promocione et serviciis senciant prompciores, nos igitur Ladislaus Dei gracia Dux Oppoliensis, dominus Wyeluniensis et Russie etc. ad perpetuam rei memoriam volumus tenore presencium devenire: quod inspectis fidelibus et comendabilibus obsequiis Waszkonis Theptucovicz, fidelis nostri dilecti, nobis plurimum exhibitis et aduc, aucto fidelitatis studio, nobis et nostris successoribus futuris temporibus crebrius exhibendis, maturo nostrorum seniorum prehabito consilio, de nostra largitatis munificencia speciali, eidem Waszkoni et suis heredibus legittimis et successoribus villas nostras videlicet Strzelicze[1]) in districtu nostro Zudaczouiensi, Wirzbąsz[2]) et Mikaitinicze[3]) in districtu Colomiensi, cum omnibus et singulis earundem pertinenciis, iuribus et dominiis, proventibus et obvencionibus, censibus, reddittibus et emolimentis[4]), prout dicte ville et earum quelibet in suis metis et graniciis limitate sunt circumferencialiter et distincte, cum agris cultis et incultis et de nowo extirpandis, pratis, pascuis, silvis, rubetis, mericis, nemoribus, venacionibus, aucupacionibus, montibus, collibus, vallibus, planiciebus, aquis, aquarumve decursibus ceterisque omnibus et singulis pertinenciis, utilitatibus et usufructibus, pro nunc in eisdem existentibus, prout nos soli easdem villas tenuimus et usi sumus, nullis penitus exclusis, damus, conferimus et donamus prenominato Waszkoni et suis heredibus legittimis et successoribus hereditarie iure Feodali[5]), ea libertate et consuetudine, qua ceteri nostri wasalli bona sua possident, temporibus perpetuis possidendas, tenendas, habendas, vendendas, obligandas, comutandas et in usus suos beneplacitos convertendas. Hoc tamen exluso, quod singuli kmethones dictarum villarum nobis et nostris successoribus de qualibet curia possessa singulis annis in festo sancti Martini duos grossos Bohemicales solvere pro censu camere nostre sint astricti. Eciam quod prenominatus Waszko et sui heredes et successores de prescriptis villis nobis et nostris posteris cum duabus hastis et duobus balistariis, in equis et armis bene valentibus et preparatis, quocienscumque in dicta terra nostra Russie necessarium fuerit, servire tenebuntur. Promitimus insuper dicto Waszkoni et suis heredibus, quod, si aliqua dampna notabilia in nostro exercitu sub nostro Balinario[6]) *(sic)* in

[1]) Strylcze, w powiecie horodeńskim. [2]) Wierzbiąż niższy i wyżny, wieś w powiecie kołomyjskim. [3]) Mikityńce albo Meketyńce wieś w pow. kossowskim. *Mikaitijncze* u Muczk. [4]) *emolumentis* u Muczk. [5]) *feudali* u Muczk. [6]) *Balmario* u Muczk.

equis interfectis perceperint, vel detenti seu captivati fuerint, talia omnia dampna restituere et ab huiusmodi captivitate absque eorum dampnis liberare. Harum quibus nostrum sigillum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum in Lamburga[1]) die dominica proxime (*sic*) post festum sancti Nicolai confessoris anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, presentibus Bocxicone de Chrapcoviez, Petro Brown[2]) Iudice Provinciali terre Russie, Vittone Capitaneo, Chodkone de Byblicz[3]), Hlebone de Dworskoviez, Wiszkone[4]) de Wolkoviez[5]) et Iohane de Glogovia nostro Cancellario, qui presencia habuit in comissis.

Dokument ten drukowano według potwierdzenia Władysława Jagiełły z r. 1416 umieszczonego i opisanego poniżej, nr. XXX. Dokument ten był już poprzednio drukowany z niektóremi niewłaściwościami, z których ważniejsze powyżej wykazano. w kodexie Muczkowskiego i Rzyszczewskiego I, 241 i 242 według odpisu tegoż samego potwierdzenia Jagiełły, w zapisach trybunału lubelskiego.

XI.

W Przemyślu 12. Marca 1376 r.

Władysław, książe Opolski, nadaje braciom Rejnoldowi i Nynotkowi wsie Nowy Siedlec i Porudno prawem lennem.

In nomine Domini Amen. Decet excellenciam principum suorum subditorum comodis et utilitatibus intendere, ut, dum eorum profectibus invigilent*), ipsos in honoris sui promocione et serviciis senciant prompciores, nos igitur Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, dominus Welunensis et Russie ad perpetuam rei memoriam volumus[6]) tenore presencium universis et singulis, quibus nosse fuerit oportunum: quod inspectis fidelibus obsequiis Regnoldi et Nynotconis fratribus (*sic*), nostrorum fidelium, nobis plurimum exhibitis et adhuc aucto fidelitatis studio nobis et nostris successoribus futuris temporibus crebrius exhibendis, maturo nostrorum seniorum prehabito consilio de nostre largitatis munificencia speciali eisdem Regnoldo et Nynotconis (*sic*), fratribus et legitimis successoribus, villas nostras dictas Novum Sedliez et Porrudno[7]), in districtu Premisslensi situatas, cum omnibus et singulis

---

[1]) *Actum in Lamberga* u Muczk. [2]) *Browy* u Muczk. [3]) *Ryblicz* u Muczk. [4]) *Wisthkone* u Muczk. [5]) *Wokowicz* u Muczk. *) *invigilet* w Dodatku. [6]) Brak trybu bezokolicznego: *significare* lub podobnego wyrazu. [7]) Porudno wieś pomiędzy Sądową Wisznią a Jaworowem w powiecie jaworowskim; co do drugiej wsi zachodzi wątpliwość, bo jest nazwy podobnej: Nowosielce, Nowosielec kilka wsi w Galicyi a nawet w niedalekich od Porudna stronach. Fr. Wolański w Dod. do Gaz. Lwowskiej przypuszcza, że wsią tą są Siedliska niedaleko Porudna leżące (1858, str. 4).

earundem pertinenciis, iuribus et dominiis, proventibus, censibus, redditibus et emolumentis, prout dicte ville in suis metis et greniciis limitate sunt circumferencialiter et distincte, cum agris cultis et incultis et de novo extirpandis, pratis, pascuis, silvis, rubetis, mericis, nemoribus, venacionibus, aucupacionibus, montibus, collibus, vallibus, cum aquis aquarumve decursibus ceterisque omnibus et singulis earundem pertinenciis, utilitatibus et usufructibus, pro nunc in eisdem existentibus, prout nos easdem soli tenuimus et usi sumus, nullis penitus exclusis, damus, conferimus et donamus prenominatis fratribus et ipsorum heredibus legittimis et successoribus hereditarie, iure Pheodali, ea libertate et consuetudine, qua ceteri nostri vasalli bona sua posident, temporibus perpetuis possidendas, tenendas, habendas, commutandas, obligandas, vendendas, cum nostra tamen voluntate, ad usus ipsorum convertendas; hoc tamen excluso, quod singuli kmetones dictarum villarum de qualibet curia possessa nobis et nostris successoribus annis singulis in festo sancti Martini duos grossos Boemicales solvere pro censu nostre camere sint astricti et quod prenotati fratres de prescriptis villis nobis et nostris posteris cum una hasta et duobus sagitariis in equis et armis bene valentibus et preparatis, quociensounque in dicta nostra terra Russie necessarium fuerit, servire tenebuntur. Promittimus insuper dictis Regnoldo et Nynotconi, fratribus, et ipsorum heredibus, quod si aliqua dampna notabilia in nostro exercitu sub nostro banirio in equis interfectis perceperint, vel detenti seu captivati fuerint, talia omnia dampna restituere et ab huiusmodi captivitate, absque ipsorum dampnis, liberare, taliter eciam quod dicti fratres unacum uxoribus et pueris ipsorum in dicta nostra terra Russie residenciam faciant personalem, prout se ad hoc specialiter obligarunt. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus et nostri sigilli maioris appensione roborari. Actum et datum in Premissil feria quarta proxima post Reminiscere anno domini millesimo tricentesimo *(sic)* septuagesimo sexto, presentibus strenuis dominis Chotkone Bybilski, Chlebo Dworskowicz, Iescone Custra, Dymitrio de Ladaw, Merbota[1]) Capitaneo Premisslensi, Petro Brun[2]) Iudice provinciali Russie militibus et Iohanne[3]) nostro Cancellario, qui presencia habuit in commissis, ceterisque multis fidelibus nostris fidedignis.

Oryginał bez pieczęci znajduje się w posiadaniu PP. Koehlewskich, skąd go wydrukował w Dod. tyg. do Gaz. Lwowsk. 1858, str. 4 Fr. X. Wolański. Przedrukowałem go tutaj, poprawiwszy niektóre widoczne i niewątpliwe pomyłki, raz jak powiedziano dawniej dla rzadkości Dodatku a po tém aby „Akta" zawierały wszystkie ważniejsze dokumenta Opolczyka odnoszące się do rządów jego na Rusi.

[1]) *Merbora* w Dodatku. [2]) *Bruy* w Dodatku. [3]) *Joanne* w Dodatku.

XII.

We Lwowie 4. Października 1377 r.

Władysław, książe Opolski, rozporządza, iż każdy duchowny kapituły lwowskiej w razie, jeżeli kupi dom, na którym ciężą jakiekolwiek obowiązki względem miasta Lwowa, te obowiązki spełniać powinien.

Nos Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, Velunensis et Russie tenore presencium universis et singulis, tam presentibus quam futuris, cupimus facere notum, quod civitatem nostam Lemburgensem cupimus specialibus comodis suffulcire, statuimus de consilio nostrorum fidelium, quod, postquam pro sede archiepiscopali Lemburgensi ecclesia cathedralis constructa fuerit in Lemburga civitate nostra, quilibet prelatus, canonicus, vicarius vel alterius status presbiter ad eandem kathedralem ecclesiam pertinens, emens et conparans pro se aliquam domum civilem illiberam, de qua eciam civis, qui in ipsa resedit, exacciones solvit, vigilavit aliaque iura civilia civitati administraverit, hic prelatus, canonicus aut vicarius pari forma velud (*sic*) alter civis exacciones solvere, vigilare et alia iura civilia, quociens oportunum fuerit, dicte civitati tenetur administrare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Lemburga die sancti Francisci confessoris anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Na odwrotnej stronie: *Si sacerdos aliquam domum emerit, iuri civili subiectam, exactiones omnes solvere deberet, sicut alii cives Anno Domini 1377.* Oryginał pergaminowy, czytelnie pisany, znajduje się w posiadaniu p. Kazimierza Laskowskiego. Na czerwonym i zielonym jedwabnym sznurku wisi znane *contrasigillum* Władysława Opolskiego bardzo dobrze zachowane.

XIII.

We Lwowie 7. Listopada 1378 r.

Władysław, książe Opolski, nadaje Konstantynowi zwanemu Deyac dwie cerkwie.

IN nomine domini Amen. Principum suorum subditorum comodis et utilitatibus intendere, ut, dum eorum profectibus invigilant, ipsos in honoris sui promocione et serviciis serviant prompciores [1]), nos igitur Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, Welunensis et Russie dominus et heres legittimus ad perpetuam rei memoriam volumus devenire: quod

[1]) Wstęp ten wygląda jakoby w nim czegoś brakowało, mimo to tak stoi w oryginale. Porównaj wstęp podobny w dokumencie Władysława z r. 1375 powyżej nr. X.

inspectis fidelibus obsequiis Constantini dicti Deyac, fidelis nostri dilecti, fideliter exhybitis Serenissimo Principi domino et domino Kazimiro Regi Polonie felicis recordacionis certi tenoris eiusdem nobis literis demostratis (*sic*) et adhuc futuris temporibus nobis et nostris successoribus eo fidelius nobis exhybendis et similiter accessori [1]) nostro Regi Polonie exhybendis, eya (*sic*) propter duas ecclesias Rutinicales in districtu Premisliensi foris civitatem sitas, videlicet ad sanctum Spassum et Ielium, rutinicaliter dictos, cum sacerdote rutinicali ac cum duabus areis in nostra hereditate Malcovicze sitis necnon omnibus et singulis aliis utilitatibus ac fructibus, ab antiquis videbantur ad predictas ecclesias necnon alias pertinere sibi et suis heredibus et heredum successoribus [2]), idcirco predictam donacionem, maturo nostrorum vassalorum prehabito consilio diligenti, de nostre largitatis magnificencia eydem Constantino et suis heredibus dedimus ecclesias et areas sive curias prenominatas, cum omnibus et singulis suis proventibus, iuribus, dominiis, obvencionibus, censibus, redditibus et emolimentis, prout eedem ecclesie et aree cum suis metis, pratis et circumferencialiter cum omnibus utilitatibus, que ad predictas ecclesias videbantur dinosci, damus, conferimus et donamus, confirmantes predictam donacionem eydem Constantino, sibi suisque successoribus legittimis et fratribus suis consanguineis cum omnibus possidendam, tenendam, habendam, vendendam, donandam, comutandam, utifruendam, alienandam et in usus suos beneplacitos necessarios convertendam. A quo prefatus Constantinus aut sui successores seu heredes de prenomita donacione cum una sagitta nobis et nostris successoribus, quocienscumque ad expedicionem in terra nostra Russie vocatus fuerit, tenebitur servire. Promittimus insuper eydem Constantino suisque legittimis successoribus, quod si captus vel capti fuerint sub nostro banerio in exercitu nostro seu aliqua dampna racionabilia in equis interfectis, scitu vero capytaney generalis, ab hostibus nostris perceperit vel perceperint, ipsum vel ipsos ab huiusmodi captivitate, dampnis singulis restitutis, liberare. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem presentes scribi fecimus et nostri sigilli mayoris munimine roborari. Actum et datum in Lamburga dominica proxima ante festum sancti Martini confessoris sub anno domini millesimo tricentesimo (*sic*) septuagesimo octavo, presentibus hys strenuis videlicet domino Chothkone Bubelsky, domino Hlebone Dworzscovicz, Wascone Cusmicz, Petro Brun szudza [3]) (*sic*) terre Russziensis (*sic*), Costkone Sluneczuicovicz, Szopkone [4]) marsalkone ducis et aliis quam plurimis fide dignis.

Oryginał pergaminowy nieco zużyty znajduje się w archiwum kapituły grec. kat. w Przemyślu z sygnaturą N. IV. Na jedwabnym zielonym sznurku wisi woskowa pieczęć majestatyczna Władysława Opolczyka w blaszanej żelaznej puszce dobrze zachowana.

[1]) O ile nam wiadomo Władysław Opolski tylko w tym jednym dokumencie używa tego oznaczenia *accessor* na króla polskiego. [2]) Całe to zdanie tak stoi w oryginale, choć składnia jego wcale poprawną nie jest. [3]) Oczywiście *sędzia*. [4]) Zwykle w dokumentach Opolczyka *Schof* zwany.

XIV.

W Wyszogrodzie 8. (?) Grudnia 1378 r.

Król Ludwik uwiadamia urzędników ziemi dobrzyńskiej, że Władysławowi Opolczykowi w zamian za Ruś nadał tę ziemię, która przeszła na niego jako króla polskiego.

Lodewicus Dei gratia Rex Vngarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus nostris Andree Dobrinensi et Andree Rippinensi Castellanis, Ywano Marschalko, Vexillifero, Iudicibus, Dapiferis, Venatoribus, Subiudicibus, Subdapiferis, Subvenatoribus ceterisque nobilibus Militibus, Terrigenis, Vasallis, Incolis, Inhabitatoribus, Civitatibus, Consulibus, Iuratis, Scabinis, Civibus terre Dobrinesis gratiam Regiam cum favore. Vestram fidelitatem cupimus non latere, nos habito maturo atque sano Baronum nostrorum utrorumque regnorum Vngarie et Polonie consilio a magnifico principe domino Ladislao duci (*sic*) Opuliensi, Welunensi etc. terram suam Russie cum universis suis iuribus, dominiis, et apendiis pro nobis nostrisque pueris ac sacra corona nostra necnon successoribus nostris legittimis possidendam perpetue recepisse, sibique terram nostram Dobrinensem, ad nos per mortem illustri (*sic*) Kastonis, ducis et domini ipsius, tamquam Regem Polonie et dominum naturalem ac iure naturali devolutam cum universis eciam iuribus, dominiis, appendiis et homagio, homagiatibus et vasallis, titulo veri et legitimi cambii et commutacionis dedisse habendam, tenendam et perpetuo possidendam; et presertim eo iure, quo ipsam idem dominus dux Casto tenuit et possedit. Idcirco vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis seu fuerit requisitus, mandamus et committimus seriose: quatenus mox, visis presentibus et inspectis, memoratum dominum ducem Ladislaum in vestrum verum et legittimum dominum atque possessorem recipientes ac suscipientes sibique suis pueris utriusque sexus[1]), filiis et filiabus, debite subieccionis et obedientie omagium ac iuramenta de fidelitate perpetue servanda prestare debeatis, contradiccione et dilacione semotis, nam vos omnes singulariter et singulos ab omni promisso, promissionibus, omagio debite subieccionis ac obediencie necnon fidelitate nobis et sacre corone Regni Polonie predicti factis, prestitis quomodolibet et promissis liberos et absolutos facimus, dicimus et pronunciamus, vigore presentium mediante.

---

[1]) Z tego dokumentu wynika jak najwyraźniej, że w średniowiecznych dokumentach wyraz *puer* oznacza w ogóle potomka, a nie, jak to nieraz rozumiano, tylko potomka płci męskiej.

Datum Wissegrad tercia die Concepcionis Beate Marie Virginis gloriose[1]) anno domini M⁰. ccc⁰. LXXVIII⁰, nostro Maiestatis sigillo subappenso.

Odpis dokumentu tego, znajdującego się w kopiariuszu z XV wieku w tajnem archiwum królewieckiem, zawdzięczam uprzejmości p. dr. J. G. Droysena, profesora uniwersytetu berlińskiego.

XV.

W Buczaczu 28. Lipca 1379 r.

Michał Habdank z Buczacza uposaża założony przez siebie kościół w Buczaczu.

IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ea, que inter homines fiunt et aguntur, ipsaque homines temporibus eviternis optant permanere, ne simul cum fluxu temporis ac decessu hominum ea contingat decedere, sagax humane nature condicio ea consvevit litteris ac testibus fidedignis necnon sigillorum munimine roborare, ut habere valeant robur perpetue firmitatis atque memoriam sempiternam, proinde nos Michael Hawdank, heres de Buczacz, universis et singulis, presentibus ac futuris cupimus fore notum serie presencium: quomodo curam solicitam gerentes continuo de salute nostre ac predecessorum nostrorum animabus (*sic*), optantesque cultum divine laudis summopere adaugere per sacrorum edium dotacionem, ecclesiam parrochialem ibidem in Buczacz de voluntate et inspiracione divina de nowo construximus, fundavimus et ereximus [2]) ad laudem eiusdem omnipotentis Dei, in honorem et sub tytulo semper virginis Marie, genitricis domini nostri Ihesu Christi; pro qua quidem ecclesia et ipsius rectoribus, pro tempore stantibus, dedimus, contulimus, assignavimus et perpetuo incorporavimus, presentibusque damus et incorporamus vastitatem nostram dictam Zorawyncze [3]) ad locandam villam et in nowo erigendam, iuxta flumen Strippam iacentem, utramque rippam tenentem inter nostras villas Przewloka et Rukomesche sitam, cum omni iure et dominio, in qua quidem rectores predicte ecclesie, passim ipsam ecclesiam regentes et gubernantes, habebunt agros

[1]) Rozwiązanie tej daty nastręcza trudności. Najprzód podpada wyrażenie *tercia die*, zwykle nie używane. Jeżeli wyrazy te znaczyć mają tyle co *feria tercia*, to oznaczenie takie jest fałszywe, bo w r. 1378 święto *Concepcionis Mariae* przypadało na środę a więc na *feria quarta*. Dalej, jak wiadomo, zrzekł się Opolczyk dopiero 13. Stycznia 1379 r. Rusi (Akta grodzkie i ziemskie III. nr. XXVII) a król Ludwik odebrał od niego kraj ten na dniu 9. Maja 1379 r. (AGZ III, nr. XXVIII).

[2]) Porównaj dokument z r. 1401 umieszczony poniżej nr. XXIV. [3]) Żurawińce wieś w powiecie buczackim należąca i dziś do r. k. probostwa w Buczaczu.

pro kmethonibus locandis, campos, prata, pascua, silvas, mericas, borros, nemora, virgulta et rubeta, sareptas, piscinas et earum piscaturas, venaciones benivolas omnium animalium ac volucrum, molendina et emolimenta benivola de opido nostro Buczacz necnon et de villis nostris adducenda sine nostra et successorum nostrorum omni contradiccione, ac omnia et singula iura, quibuscumque nominibus vocentur, que iura habent, quibusque gaudent libertatibus kmethones villarum nostrarum supradictarum, videlicet Przewloka et Rukomesche [1]), eadem iura per omnia debent habere. Prius vero nominata villa Zorawyncze sic se debet extendere longe, late et circumferencialiter, sicut dicte ville, sic eidem per nos pro ecclesia ante dicta incorporate et anuexe, ac eisdem libertatibus frugi et gaudere temporibus futuris eviternis. Nichil iuris in eadem villa pro nobis et nostris successoribus reservantes, ab omnibusque laboribus, dacionibus, stacionibus, responsionibus et angariis exemtis et liberatis, pro tempore nominatis et in posterum quomodocumque nominandis seu constitutis vel evolutis, quibuscumque nominibus fuerint censande. Nullus vero predictos incolas seu kmethones debet iudicare seu molestare, vel trahere ad aliqua iudicia nostra seu nostrorum successorum, solum pro omnibus causis, licet fuerint criminose, parwe seu magne quantitatis, coram nullo respondere tenebuntur, solum coram rectore ecclesie prius premisse, et hoc in dote sua vel ubi placuerit sibi coram iudicibus, quos ipse tunc locaverit, de bono esse ipsius voluntatis; neque aliquas pignorancias vel ministeriales seu decimarios mittere debemus, neque nostri successores, si secus feceriut, hoc in detrimentum ipsorum et nostre fundacionis, in contumeliamque omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie, matris sue. Item adiungimus eidem ecclesie decimas manipulares post araturas omnium et singularum curiarum nostrarum, que modo spectant et in posterum quomodocunque ibi spectabunt ad castrum Buczacz seu fuerint erecte et in nowa radice extirpate, multiplicate seu empte singulis annis de omni grano, semine seminato in agris plenarie per nos et nostros successores eviterne reddendas atque persolvendas. Ceterum adiungimus eidem ecclesie similiter decimas manipulares post advocati nostri araturas et opidanorum nostrorum, qui modo colunt agros et in posterum coluerint; qui vero non colunt neque coluerint, tunc quolibet anno quibuslibet quatuor temporibus hospes duos grossos latos, et unum grossum latum inquilinus, illa debent solvere irrecuse. Eciam damus octo mansos seu laneos ibidem in Buczacz pro rectore ecclesie seu aratura ipsius curie, si in quantum aliquando fuerint ibi mansi sive lanei. Item adiungimus piscinam super rivulo Holchowycze erigendam et circa ipsam unum hominem seu kmethonem libere locandum, qui debet libere uti agris, campis, silvis, pratis, mericis, sereptis, ad ibidem modo et in posterum spectantibus, si et in quantum fuerint ibidem ville locate seu erecte,

---

[1]) Przewłoka i Rakomysz wsie w powiecie buczackim.

pro omnibus vero iurisdiccionibus prius expressis, respondendum, dandum, solvendum, prius nominatus kmetho tenebitur, dare racionem et solucionem rectori, prius expresse ecclesie nullis nostris seu nostrorum successorum intromissionibus admixtis seu introclusis. Item pratum in Wolczuche, prout potest fieri longe lateque et circumferencialiter. Item dierium rectori eidem ecclesie, qui protunc fuerit, alias obroky, metsecundo bis die non ieiuno, soemel (*sic*) vero die ieiuno, si in quantum mensam nostram noluerit visitare, et hoc tam de panibus, carnibus, piscibus et potu, que sufficerent pro duabus personis singulis diebus sequentibus se. Item si contingerit (*sic*) ipsum servare vicarium seu capellanum, hoc super nostris expensis et precio, prout ipsum idem rector ecclesie convenerit. In cuius rei testimonium horum omnium premissorum et temporibus eviternis duratorum sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Buczacz feria quinta proxima post festum sancti Iacobi Apostoli gloriosi, presentibus testibus Pothrassio de Strysch, Gumpartho Capitaneo generali Russie, Iohanne de Glogowia Prothonotario Illustrissimi Principis domini Ladislai Dei gracia Ducis Opalvensis (*sic*) et Domini Russie [1]), Rohoska de Iazlowycz, Prandotha Kopyczensky, Mykschone de Duleby, Sthephano dicto Casper Woyewoda Iazlowycensi et aliis quam plurimis personis fidedignis tunc presentibus, anno domini millesimo tricentesimo (*sic*) septuagesimo nono.

Oryginał pergaminowy w posiadaniu probostwa obrz. łac. w Buczaczu. Dokument ten jest na wielkiej karcie pergaminu dość nieczytelnem pismem pisany. Pieczęci brakuje, pozostał tylko sznur jedwabny koloru czerwonego i zielonego, na którym była zawieszoną. Na zewnętrznej stronie pergaminu nieco późniejszy napis: *Privilegium Ecclesie Buczaczensis.*

XVI.

W Krakowie 23. Listopada 1387 r.

Władysław Jagiełło poświadcza, iż Małgorzata, córka Klemensa Rożna z Rożnowa, odstępuje swemu stryjowi Piotrowi część spadkową Rożnowa ze wszystkiemi ciężarami i korzyściami.

In nomine domini amen. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod ad nostre celsitudinis presenciam veniens nobilis

[1]) Dokument ten ważnym jest nie tylko dla treści swej ale i dla świadków. Najważniejsi urzędnicy Władysława Opolczyka pozostają bowiem jeszcze, jak widzimy, w kraju, mimo to, że Opolczyk już się nietylko zrzekł Rusi, ale ją nawet już Ludwik odebrał.

Margaretha, nata olim Clementis Roschen de Roschnow [1]), in annis valide discrecionis constituta, non per errorem neque compulsa, sed voluntate libera suorumque amicorum maturo prehabito consilio, totalem partem castri Roschnow nec non villarum ac hereditatum ipsam ex successione paterna concernencium, tam in regno nostro Polonie, quam eciam in regno Ungarie consistencium, valido Petro Roschen de Roschnow, suo patruo, rite et racionabiliter ac ex certa sciencia coram nobis resignavit, per ipsum Petrum Roschen, suos heredes et successores legittimos habendas, tenendas, vendendas, utifruendas, commutandas, alienandas, obligandas et perpetue possidendas ac in usus suos beneplacitos ac voluntarios convertendas, prout sibi et eisdem melius, utilius et conveniencius videbitur expedire pro suo et eorundem beneplacito voluntatis, abrenuncciaus totali parti eiusdem castri Roschnow et villarum ac hereditatum suarum huiusmodi et omnibus iuribus, que in eisdem ipsam concernunt aut pertinere possent quomodolibet vel spectare, ubi tunc prefatus Petrus Roschen duo milia marcarum grossorum, que prefati Clemens pater et Petrus Roschen patruus ipsius Margarethe racione debitorum contraxerant, quorum debitorum medietatem eadem Margaretha solvere debuit, debitoribus se astrinxit exsolvere, predictam Margaretham a solucione sue partis, videlicet medietatis debitorum dimittens, liberam penitus et solutam dedit; eciam et assignavit eidem Margarethe racione vere et iuste dotis quadringentas marcas grossorum Pragensium numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos pro marca qualibet computando. Quarumquidem quadragintarum [2]) (*sic*) marcarum ducentas marcas in paratis pecuniis, ducentas vero in amictu, vestimentis ac certis ornamentis et clenodiis idem Petrus Roschen prefate Margarethe dedit effectualiter et exsolvit. In quorum omnium evidenciam cerciorem presentes fieri fecimus nostri pendentis sigilli munimine roboratas. Actum Cracouie vigilia beate Katherine virginis [3]) anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, presentibuus Iohanne Sandomiriensi, Sandziwogio Kalisiensi, Iohanne Lanciciensi Palatinis, Spithcone Subcamerario, Thomcone Subpincerna Cracouiensibus et Iaskone de Goslicze ac aliis multis fidelibus nostris fidedignis. Datum per manus venerabilis domini Zaclice Prepositi Sandomiriensis, aule nostre Cancellarii, fidelis dilecti.

Wydrukowano według potwierdzenia z r. 1389, umieszczonego i opisanego dokładnie poniżej pod tymże rokiem nr. XVIII.

---

[1]) Wieś Rożnowa leży w powiecie wielickim; prócz tego Rożnówka w dawnem woj. lubelskiem, obwodzie zamojskim, pow. tarnogrodzkim. Trudno zdecydować o której tu mowa. Niesiecki zna aż trzy rodziny imienia Rożnowskich: herbu Jastrzębiec, Nowina i Taczała.

[2]) Widoczna pomyłka zamiast *quadringentarum*.

[3]) Św. Katarzyny przypadało w r. 1387 na Poniedziałek (25. Listopada) a zatem wilia na Sobotę 23. Listopada a nie na niedzielę 24. Listopada.

XVII.

W Wiślicy 16. Listopada 1388 r.

Pełka sędzia i Prandota podsędek sandomierscy poświadczają, iż Pełka Czarny z Olchowy sprzedał całą swą część własną i sołtysostwo we wsi Brnik Janowi Ligęzie, wojewodzie łęczyckiemu.

Nos Pelka iudex et Prandota subiudex Sandomirienses [1]) presentibus, quibus expedit, declaramus universis, quod nobilis vir dominus Pelka Niger heres de Olchowa, veniens ad nostram presenciam, fassus est vendidisse ac pubicze resignavit totam porcionem suam hereditatis similiter et totam scolteciam suam in Brnik [2]) cum omnibus utilitatibus et pertinenciis, cum omni iure et dominio, nichil pro se remanendo, una cum agris, pratis, silvis, borris, pascuis, rubetis et aliis quibusvis fructibus strennuo viro domino Iohanni, palatino Lancicziensi, et suis posteris legittimis pro centum et pro viginti marcis grossorum Pragensium in perpetuum possidendum. In cuius rey testimonium presentibus nostra sigilla sunt appensa. Actum Vislicie in crastino sancti Martini confessoris in colloquio generali anno domini M°C°C°C°LXXX°VIII°, presentibus hys nobilibus: Thomcone de Kansi, Szanissio de Crezonow, Bronissio de Woycza, Iurcone de Bochow, Iohanne de Ianowicz, Vitone de Castro, heredibus.

Oryginał pergaminowy nieczytelnie i dziwnem pismem pisany w Zakł. nar. im. Ossol. pod Nr. 582. Z pieczęci pozostały tylko dwa paski pergaminowe.

XVIII.

Bez miejsca około 16. Maja 1389 r.

Władysław Jagiełło na prośbę Piotra z Rożnowa potwierdza pod większą pieczęcią własny swój przywilej wystawiony pod mniejszą pieczęcią w Krakowie na dniu 25. Listopada 1387 r.

IN nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Craconie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie Litwanieque princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres etc. significamus, quibus expedit,

[1]) Pełka zachodzi jako sędzia sandomierski w latach 1362—90 (Rzysz. i Muczk. C. D. P. I. 258, III 280 i 316) zaś w połączeniu z Prandotą jako podsędkiem dopiero od 1379—1390, świadków nie mogliśmy sprawdzić, gdyż w znanych kodexach nigdzie ich znaleść niemogliśmy.

[2]) Zobacz dokument z r. 1374 umieszczony powyżej pod nrem. IX.

universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod pro parte strenui Petri de Roschnow, militis nostri fidelis, nostre celsitudini oblata peticio continebat quatenus litteram nostram sibi alias per nos sub minori sigillo concessam, omni prorsus vicio et suspicione carentem, de innata nobis benignitate rathificare et confirmare dignaremur, cuius litere tenor sequitur in hec verba:

Tutaj następuje dokument Władysława Jagiełły z 25. Listopada 1387 r. umieszczony powyżej nr. XVI. Po tem brzmi potwierdzenie:

Nos itaque, visa iusta peticione Petri Roschen memorati, dictam literam ratam, gratam atque firmam habentes, ipsam rathificamus, innovamus, approbamus et confirmamus tenore presencium mediante, decernentes ipsam literam in omnibus suis punctis, articulis, clausulis et sentenciis robur optinere (*sic*) perpetue firmitatis. Harum quibus sigillum nostrum maius appensum est testimonio literarum . . . . [1]) Cantate anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, presentibus hys: Spithcone Cracouiensi, Barthossio Poznaniensi, Sandziwogio Kalisiensi Palatinis, Cristino . . . . [2]) aliis multis nostris fidelibus, fidedignis. Datum per manus venerabilis domini Zaclice, Prepositi Sandomiriensis, Cancellarii aule nostre, fidelis dilecti.

Na odwrotnej stronie napis późniejszy polski, podający treść dokumentu. Dokument oryginalny na pergaminie, u dołu znacznie uszkodzony, pieczęć wraz z sznurem oderwana, własność zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 551.

XIX.

We Lwowie 1. Października 1389 r.

Władysław Jagiełło nadaje Przemyślowi prawo magdeburskie i 100 łanów frankońskich, ustanawiając przytem ośmiodniowy coroczny jarmark i oznaczając dochody wójta.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. (*Nos Wladislaus*) Rex Poloniae nec non terrarum Cracouiae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuiauiae, Lituaniae princeps supremus, Pomeraniae Russiaeque dominus et heres etc. significamus universis,

[1]) Tutaj wydarte pięć do sześciu wyrazów, daty więc nie można inaczej rozwiązać, jak pisząc, około 16. maja, na ten dzień bowiem przypadała w r. 1389 niedziela *Cantate*.

[2]) Tutaj wydarte około dziewięciu wyrazów.

quibus expedit, (*praesentibus et*) futuris, praesentium notitiam habituris. Ex mente sollicita cupientes civitatem nostram Premisliensem in statum et condicionem redducere meliorem volentesque ipsam feliciora sub nostro regimine suscipere incrementa, eandem de iure, quo primeva sui fundacione locata extitit, in ius Theutonicum, quod Maydenburgiense dicitur, quo civitas nostra Leona [1]) alias Lemburg utitur, transferimus perpetuo duraturum. Adiungentes praefatae civitati Premisliensi centum mansos seu laneos franconicos mensurandos a metis villae Nehrzebka [2]) sursum circa fluvium San continuo ascendendo. Si vero centum mansi ex hac parte fluvii, ut praemittitur, ad plenum emensurari non poterint, extunc ab alia parte praedicti fluvii emensurandi sunt, donec ipsorum mansorum centenarius numerus compleatur. De quibus quidem centum mansis quatuor mansos liberos Michaeli, advocato nostro, fideli dilecto, suis heredibus et successoribus legitimis damus, conferimus et donamus, ad advocatiam in ipsa civitate Premisliensi volentes et decernentes pertinere eos temporibus perpetuis affuturis, omnibus etiam civibus, suburbanis et incolis praedictae civitatis Premisliensis in agris, pratis ad sex, in mericis ad sedecim, in sylvis vero ad viginti annorum spatium a data praesentium continue computando, damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem. Quaquidem expirata, quilibet agricultor de manso quolibet super festo Beati Martini singulis annis mediam marcam consueti numeri, unum truncum siliginis et alium avenae, duos pullos, duos caseos et duodecim owa nobis et successoribus nostris solvere teneantur, de quibus praefatus Michael advocatus suique heredes et successores legitimi sextam partem omnis, tantum pullis et caseis exceptis [3]), habebunt et in perpetuum possidebunt, cum tertio denario de qualibet re iudicata. Promittimus etiam et spondemus praefatum Michaelem advocatum, suos heredes et successores legitimos ac praedictam civitatem Premisliensem circa omnia et singula iura et privilegia, per nostros praedecessores super advocatia praedicta caeterisque omnibus ipsis data et concessa, conservare gratiosius et manere, ac circa omnia et singula alia, quae ad praedictam civitatem Premisliensem et advocatiam ab antiquo pertinebant. Praeterea affectantes conditionem civitatis Premisliensis ex eo fieri meliorem, damus et conferimus in perpetnum supradictae civitati Premisliensi forum annuale per octo dies, a die Beatorum Petri et Pauli Apostolorum inchoando annis singulis celebrandum, dantes et concedentes omnibus et singulis hominibus ad dictam civitatem Premisliensem ad dictum forum venientibus, res et merces ipsorum, cuiuscunque generis vel speciei extiterint, emendi, vendendi iuxta

---

[1]) Nazwy tej za Lwów nie napotkaliśmy jeszcze w żadnym innym dokumencie. [2]) Nehrybka o pół mili od Przemyśla. [3]) Tak według potwierdzenia Zygmunta Augusta, podług którego dokument ten drukuję. W kopii, zresztą bardzo błędnej, zrobionej podług oryginału w r. 1776 a znajdującej się w Przemyślu w archiwum sądu obwodowego w kopiariuszu *Privilegia per serenissimos Poloniae Reges etc.* nr. 3 archiwu str. 1—4 stoi tutaj: *ovis, tertiam pullis et casei* zamiast ustępu od *omnis* do *exceptis*.

ipsorum et cuiuslibet eorum beneplacitum voluntatis plenam et omnimodam libertatem. Harum quas appensione sigilli nostri communiri fecimus testimonio literarum. Actum in Leona alias Lemburg feria sexta post diem beati Michaelis Archangeli anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, praesentibus Ioanne de Tarnow Palatino Sandomiriensi, Dimitrio Vicethezaurario, Cristino de Ostrow, Iescone de Sprowa, Iescone Masouitha et Benkone de Zabokruk, et aliis multis nostris fidelibus, fide dignis. Datum per manus venerabilis domini Zaklicze Praepositi Sandomiriensis, aulae nostrae Cancellarii, fidelis dilecti.

Wydrukowano według potwierdzenia Zygmunta Augusta w arch. miasta Przemyśla nr. 15 z dnia 10. Stycznia 1559 *in conventione generali Regni Piotrcoviensi.* Potwierdzenie to zawiera znów w sobie potwierdzenie Zygmunta I. z dnia 24. Sierpnia 1509 r. w Przemyślu, które po podaniu samego przywileju Władysława Jagiełły ma taki ustęp:

In calce autem praeinsertarum literarum avi nostri invenimus suprascriptam esse manu secretarii clausulam infrascriptam, quam his nostris ommittere noluimus; cuius clausule tenor est talis: Ex commissione regia speciali tempore ostensionis literarum in Grodek sub anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo adiunctum est huic donationi servitium unius lanceae per manum Sbignei de Oleschnicza, protonotarii, ad hoc duorum sagittariorum in equis et armis bene valentibus ad quamlibet expeditionem occurrentem.

XX.

W Krakowie 4. Listopada 1393 r.

Królowa Jadwiga potwierdza Feodora księcia na Ostrogu i jego prawowitych spadkobierców w posiadaniu tegoż Ostroga wraz z obwodem doń należącym.

(I)n nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Heduigis Dei gracia Regina Polonie, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Lithuanie princeps suprema, Pomeranie Russieque domina et heres etc. Quamquam reginalis dignitas, circumspecta benignitas de sue liberalitatis munificencia universorum ex officii debito subditorum quadam generalitate dignatur utilitati intendere et ea, que grata ipsorum comoda censeantur, efficere consideracione graciosa perpendat, ad illorum tamen procuranda utilitatum comoda quodam singulari favore uberius inclinatur, quos intemerate fidei firma constancia et indefessi laboris diuturnitas claris testimoniis recomendant, sane considerantes clare fidei studia, continui solerciam laboris, quibus illustris princeps dominus Feodor et sui progenitores duces Ostrogovienses magestatem nostram et predecessores

nostros Lithuanie et Russie duces sunt actenus venerati et adhuc idem dominus Feodor fideles nobis paratus est exhibere famulatus; quorum intuitu ipsum specialis favoris prerogativa prosequi cupientes, eidem domino Feodor, suis heredibus et legittimis successoribus damus et conferimus plenam et omnimodam facultatem castrum ipsius Ostrogow cum districtu Ostrogoviensi ad ipsum castrum Ostrogow pertinente, habendi, tenendi, vendendi, cambiendi, obligandi, donandi, utifruendi et perpetue possidendi, constituentes et efficientes supradictum dominum Feodor, suos heredes et successores legittimos supradicti castri et districtus, ad ipsum pertinentis, veros et legittimos heredes et dominos ac perpetuos possessores; tali tamen interposita condicione, quod dictus Feodor, sui heredes et successores legittimi cum ipsorum hominibus, quos habent vel habere poterint, magestati noste, nostris successoribus ac corone ipsius regni Polonie famulatus et servicia exhibere sunt astricti eo modo et condicione, quibus dictus dominus Feodor illustri principi, olym domino Lubardo, duci Volodimiriensi, ab antiquo dinoscitur servivisse. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Cracouie feria tercia infra octavas Omnium Sanctorum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio, presentibus Dimitrio de Goray Marshalko serenissimi principis Wladislai, Regis Polonie etc., consortis nostri carissimi, Cristino Castellano Sandomiriensi, Magistro curie aule nostre, Drogomiro Iudice Generali, Thomcone Subpincerna Cracouiensi, Clemente de Quilina Subpincerna, Iacussio de Boturzyno Subcamerario et Magistro coquine aule nostre ac aliis quampluribus nostris fidelibus, fidedignis. Datum per manus honorabilis Dinissii Prepositi Scarbimiriensis, Cancellarii et Petri de Sczytnyky Notarii, nostrorum fidelium dilectorum.

Na odwrotnej stronie jest kilka późniejszych napisów, podających treść dokumentu. Dokument na pergaminie dość dobrze zachowany w Zakł. nar. im. Ossol. nr. 484. Pieczęć dobrze zachowana, wisi na jedwabnym sznurku i schowana jest w wełniannym czerwonym woreczku; wyciśniętą jest na czerwonym wosku, po jednej stronie jest orzeł polski, po drugiej herb andegaweński, na około napis.

XXI.

W Niepołomicach 1. Lipca 1395 r.

Władysław Jagiełło darowuje Piotrowi Szafrańcowi z Łuczyc, podstolemu krakowskiemu, i jego prawowitym spadkobiercom miasto Secemin i wieś Bichniów.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad rei memoriam sempiternam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyanie, Lythwanie

princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres etc. significamus universis, quibus expedit, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod mente sollita (*sic*) perpendentes clare fidei constanciam et laboris indefessi sollerciam, quibus strenuus miles Petrus Szaffraneicz (*sic*) de Luczice [1]), subdapifer noster Cracouiensis, in nostre celsitudinis conspectu meruit relucere et in antea, uti dignum arbitramur, ad nostra nostrorumque successorum beneplacita prompciorem se reddere non forundat (*sic*), horum intuitu volentes eundem Petrum Schaffraneicz specialium graciarum prosequi favoribus ipsumque prerogativa letari cupientes et perfrui ampliori, sibi, suis successoribus et heredibus legittimis opidum nostrum Seczemyn et villam Bichnow [2]) eidem adiacente (*sic*), in terra Sandomiriensi situatam, cum omnibus et singulis censibus, fructibus, redditibus, utilitatibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, pascuis, nemoribus, quercetis, gaiis, mericis, virgultis, rubetis, borris, pinetis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, aquis et earum decursibus piscinis, lacubus, stagnis, paludibus, piscaturis, molendinis, emolumentis, montibus, planiciis, vallibus ac quibusvis aliis obvencionibus, pertinenciis et appendiis universis ad predictum oppidum Seczemyn et villam Bichnow quomodolibet spectantibus, quibuscunque vocabulis pociantur, et cum collacione beneficii seu parochialis ecclesie, prout eciam in suis metis et gadibus, graniciis et limitibus ab antiquo longe lateque, circumferencialiter sunt distincte, damus, conferimus et donamus donacione perpetua et irrevocabili, perpetuis temporibus duraturum, per prefatum Petrum Schaffraneicz et suos heredes et successores legittimos tenendum, habendum, utifruendum, donandum, commutandum, obligandum, vendendum, alienandum et perpetuo possidendum ac in usus suos heredumque suorum et successorum legittimorum beneplacitos et voluntarios convertendum, prout sibi et eisdem melius, utilius et conveniencius expedire videbitur pro suo et eorundem beneplacito voluntatis; eximimus tamen, pro nobis ac nostris successoribus nichilominus reservamus specialiter dacionem regiam vulgariter *poradlne* appellatam, constituentes insuper sepefatum Petrum Schaffranecz (*sic*) et suos heredes et successores legitimos predicti opidi Seczemyn et ville Bichnow cum suis pertinenciis universis veros et legitttimos heredes et dominos et perpetuos possessores. In quorum omnium testimonium et evidenciam clariorem presentes litteras nostras scribi fecimus nostrique maioris sigilli pendentis munimine iussimus roborari. Actum in Nepolomice in vigilia visitacionis Marie virginis anno domini millesimo tricentesimo (*sic*) nonagesimo quinto, presentibus validis militibus: Sandzivogio Kalisiensi, Spitkone Cracouiensi, Iohanne Ligaza (*sic*) Lanciciensi Palatinis, Cristino de Ostrow Sandomiriensi, Petro Kmithe Lublinensi Castellanis et Boxa de Sumsko Venatore Sandomiriensi ac aliis

---

[1]) Łuczyce wieś w dawnem województwie krakowskiem, obwodzie miechowskim, powiecie krakowskim.

[2]) Secemin miasteczko, Bichniów wieś w dawnem województwie krakowskiem, obwodzie kieleckim, powiecie jędrzejowskim. Porównaj dok. z 7. Maja 1403 r. poniżej umieszczony nr. XXV.

multis nostris fidelibus, fidedignis. Datum per manus venerabilis domini Nicolai de Curow Cantoris Gneznensis, aule nostre Prothonotarii, fidelis dilecti etc.

Na odwrotnej stronie kilka późniejszych napisów. Dokument pergaminowy, dobrze zachowany; pieczęć wraz ze sznurem oderwana. Własność Zakładu narodowego imienia Ossolińskich nr. 537.

XXII.

W Krakowie 14. Lipca 1396 r.

Królowa Jadwiga potwierdza nadanie miasta Secemina i wsi Bichniowa Piotrowi Szafrańcowi przez Władysława Jagiełłę wystawione.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Hedwygis Dei gracia Regina Polonie etc. signific(*amus t*)enore presencium tam presentibus quam futuris, quibus expedit universis: quod mente sollicita perpendentes multiplicium fidelitatum studiosa servicia (*animi*)que indefessi diligenciam, quibus strennuus Petrus Schaffranecz, subdapifer Cracouiensis, miles noster fidelis dilectus, serenissimo principi domino Wladislao, (*Regi P*)olonie, consorti nostro carissimo, nobisque hactenus complacere meruit et adhuc aucto fidelitatis studio complacere poterit prestancius in futurum, (*volen*)tes itaque prefatum Petrum ad huiusmodi servicia propensius exhibenda, velud (*sic*) dignum arbitramur, in antea reddere prompciorem, literam per ipsum d(*ominum*) coniugem nostrum carissimum dominum Wladislaum, Regem Polonie, super donacione opidi Secemyn et ville Bychnow sibi adiacentis eidem Petro et (*ad*) suam suorumque heredum et successorum legittimorum personas scriptam, datam temporibus perpetuis, quomodolibet et collatam [1]) de nostro consensu asserimus pro(*cessi*)sse ipsamque literam presentibus approbantes, ratam habemus totaliter atque gratam, decernentes et volentes literam ipsam in omnibus ipsius condicionibus, senteneiis, articulis, clausulis et punctis perpetui vigoris efficaciam iugiter optinere (*sic*). Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Cracouie in crastino sancte Margarethe virginis anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto: presentibus Spitkone Cracouiensi, Iacussio de Coneczpole Siradiensi Palatinis, Cristino Castellano Sandomiriensi, Magistro curie nostre, Nawogio de Lankawa, Zawissio de Oleschnica et Sassino de Kyge (*sic*) aliisque quampluribus nostris fidelibus, fidedignis.

Na odwrotnej stronie kilka późniejszych napisów. Dokument pergaminowy, nieco uszkodzony; pieczęć wraz ze sznurem oderwana. Własność Zakładu narodowego imienia Ossolińskich nr. 540.

[1]) Potwierdzenie to odnosi się do nadania Władysława Jagiełły z dnia 1. Lipca 1395 r. umieszczonego powyżej nr. XXI.

XXIII.

W Krakowie 5. Grudnia 1401 r.

Jan z Tenczyna, kasztelan krakowski, poświadcza, iż Iwo, dziedzic z Wiwli, sprzedaje Piotrowi z Pieskowej Skały, podstolemu krakowskiemu, dobra Wlecza i część, którą posiada w Zakrzowie za 250 grzywien szerokich groszy pragskich.

Iohannes de Tanczin, castellanus et capitaneus Cracouiensis, universis et singulis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, significamus publice profitentes: quomodo constitutus coram nobis nobilis vir, Iwo, heres de Wiwla [1]), sanus mente et corpore, sana super eo deliberacione prehabita, suorumque fretus consiliis amicorum, villas suas videlicet Wlecza et porcionem suam, quam habet in Zacrzow [2]), in terra Sandomiriensi sitas, cum omnibus ipsarum utilitatibus, fructibus et redditibus universis, videlicet campis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, mericis, rubetis, virgultis, piscinis, lacubus, fluviis, stagnis, paludibus, rivulis, aquis et earum decursibus, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus et generaliter cum omnibus et singulis obvencionibus, modo in dictis villis existentibus et in posterum existendis, cum pleno iure et toto dominio, prout ipse Iwo et eius antecessores dictas villas habuerunt, tenuerunt et hactenus possederunt, nichil iuris, proprietatis et dominii in eisdem villis pro se neque pro suis successoribus penitus reservando, pro ducentis quinquaginta marcis latorum grossorum Pragensium, numeri Polonicalis et ponderis in regno Polonie nunc consueti, quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando, strennuo viro domino Petro de Pyeszcowaskala, subdapifero Cracouiensi, et eius legitimis successoribus fassus est vendidisse, per ipsum dominum Petrum, subdapiferum, et eius liberos et legitimos successores dictas villas Wlecza et Zacrzow in perpetuum habendas, tenendas, possidendas, vendendas, obligandas, donandas, commutandas ac in usus suos et suorum successorum iuxta beneplacitum ipsorum convertendas, prout sibi et suis legitimis successoribus in dictis villis melius et comodosius videbitur expedire; promittens ipse dominus Iwo iamdicto domino Petro et suis legitimis successoribus pro omni dampno et quolibet impedimento hic per triennium a quibuslibet personis intercedendo,

---

[1]) Wywła w dawnem województwie krakowskiem, obwodzie kieleckim, powiecie jędrzejowskim.

[2]) Wlecza nie mogliśmy odszukać w Tabelli miast, wsi i osad Królestwa Polskiego (Warszawa 1827). Zakrzów jedna z czterech wsi tej nazwy w dawnem województwie sandomirskiem.

ipsum indempnem efficiendo, relevare omniaque per ipsum dominum Petrum super edificacionibus domorum et aliorum edificiorum inpensa et exposita in dictis hereditatibus ipse Iwo, dum iuxta contractum, cum domino Petro alias habitum, dictas villas exemere voluerit, refundere et exsolvere debebit pecuniis inperatis (*sic*), dictasque villas non aliis nisi propriis pecuniis exemere et ab ipso domino Petro liberare infra spacium trium annorum predictorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracouie feria secunda ante festum sancti Nicolai pontificis gloriosi anno domini millesimo CCCC° primo, presentibus hys testibus, strenuis ac nobilibus viris dominis: domino Zegothe de Pisari Vexillifero Cracouiensi, domino Iacussio de Boturzin Procuratore Generali terre Cracouiensis, Petro de Xansch, Pyelszone (*sic*) de Brodli (*sic*) Burgrabiis castri Cracouiesis, Zaclika de Thocholow, Paulo de Karnow heredibus et aliis testibus quampluribus fidedignis.

Dokument oryginalny, pergaminowy, dobrze zachowany w Zakł. nar. im. Ossolińskich nr. 598. Pieczęci braknje, pozostał tylko pergaminowy pasek, na którym była zawieszona.

XXIV.

W Buczaczu 1401 r.

Michał i Teodoryk, bracia rodzeni z Buczacza, uposażają parafialny kościół w Buczaczu.

In Nomine Domini Amen. Nos Michael et Thedricus (*sic*), fratres germani heredesque in Buczacz, ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum deducimus per hec scripta: quatenus cupientes diem extremi iudicii pietatis operibus prevenire terrenaque in celestia, ac transitoria in eterna felici commercio commuttare, ob salutem animarum nostrarum nostrorumque progenitorum ac uxorum nostrarum karissimarum necnon consanguineorum nostrorum, ecclesiam ibidem in Buczacz parrochialem, de voluntate et consensu reverendissimi in Christo patris et domini domini Iacobi, archiepiscopi Haliciensis, de novo fundavimus, construximus et ereximus, [1]) ad laudem Dei omnipotentis, in honorem et sub tytulo intemerate virginis Marie, genitricis domini nostri Ihesu Christi, pro quaquidem ecclesia et ipsius rectoribus, pro tempore stantibus, dedimus, contulimus, assignavimus et perpetuo incorporavimus, presentibusque damus et incorporamus villam nostram Zorawenycze[2]) dictam, iuxta flumen Stripa iacentem, cum omni iure et dominio, in quaquidem villa rectores

[1]) Porównaj dok. z 28. Lipca 1379 r. umieszczony powyżej nr. XV. [2]) Żurawińce wieś w powiecie buczackim, należąca i dziś do rz. kat. probostwa w Buczaczu.

predicte ecclesie, passim ipsam ecclesiam regentes et gubernantes, habebunt viginti laneos pro kmetones locando, prata, pascua, silvas, nemora, piscinas, molendina, mericas ac omnia et singula iura, quibuscumque nominibus vocentur, que iura habent, quibusquoque gaudent libertatibus kmethones villarum nostrarum Przewloka et Rukomesz, [1]) eadem iura per omnia debent habere kmethones predicte ville per nos pro eclesia antedicta incorporate et annexe, ac eisdem libertatibus frui et gaudere temporibus futuris eviternis, nichil iuris in eadem villa pro nobis et nostris successoribus reservantes. Item adiungimus eidem ecclesie decimas manipulares post araturas omnium ac singularum curiarum nostrarum singulis annis de omni grano et semine seminato in agris plenarie per nos et nostros successores eviterne reddendas ac persolvendas. Ceterum adiungimus eidem ecclesie et volumus, quod quilibet opidanus nostri opidi ibidem in Buczacz rectori ecclesie debet solvere quolibet anno, quibuslibet quatuor temporibus, hospes duos grossos latos, unum latum grossum inquilinus. In quorum omnium robur et evidenciam pleniorem ac testimonium speciale sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Buczacz presentibus nobilibus viris dominis: Prandotha Copiczynski, Woythkone frate nostro, Michaele Woyeuoda nostro, Ianussio Advocato nostro ibidem in Buczacz, [2]) ac aliis quamplurimis fidedignis testibus ad premissa rogatis. Datum sub Anno Nativitatis Domini millesimo CCCC⁰ primo.

Pergaminowy oryginał jest własnością probostwa buczackiego. Pieczęć zaginęła, sznur jedwabny czerwony i niebieski pozostał.

XXV.

W Chęcinach 7. Maja 1403 r.

Albert sędzia i Mikolaj podsędek ziemscy sandomierscy poświadczają, że Piotr z Zakrzowa sprzedał część dziedzictwa swego Piotrowi z Secemina, podstolemu krakowskiemu, za 12 grzywien monety polskiej.

Nos Albertus iudex et Nicolaus subiudex generales terre Sandomiriensis significamus tenore presencium omnibus et singulis, tam presentibus quam futuris, quibus expedit, universis:quod veniens ad nostram aliorumque nobilium presenciam nobilis vir Petrus, heres de Szacrzow, non compulsus nec coactus, nec aliquo dolo seductus, sed sanus mente sanusque corpore, fassus est et publize (*sic*) recongnovit (*sic*) vendidisse et in perpetuum

---

[1]) Przewłoka i Rakomysz wsie w powiecie buczackim. [2]) Wyrazy *in Buczacz* w oryginale pisarz przez omyłkę powtórnie napisał, co też sam przekreślił.

resignasse suam porcionem hereditatis ibidem in Szacrzow, [1]) quam habuit et tenuit cum omni iure et dominio, videlicet pratis, agris, silvis, aquis et cum piscina et ceterisque cum emolimentis, prout pertinet et spectat ad eandem hereditatem, nil pro se vel suis legittimis successoribus reservans, nobili ac strenuo militi domino Petro, [2]) subdapiffero (*sic*) Cracouiensi, heredi de Seczemino [3]), pro duodecim marcis; quiquidem dominus Petrus debet eandem porcionem hereditatis tenere, habere et pacifice possidere, per eundem dominum nobilem Petrum eadem hereditas tenenda, habenda, possidenda, danda, donanda et ad usus ipsius, prout sibi melius videbitur, commutanda. In cuius rey testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Chancini feria secunda in vigilia sancti Stanislai anno domini millessimo (*sic*) quadringentesimo tercio, presentibus hys testibus ac nobilibus viris et dominis Andrea de Ramberschicze, Spiteone de Pehucz (*sic*), Venceslao de Tworow, Nemerza de Chomanthow, Nicolao de Rapocicze, Iasseone de ibidem de Rapoczicze et quamplurihus fidedignis terre Sandomiriensis heredibus [4]).

Dokument oryginalny na pergaminie, znajduje się obecnie w Zakładzie narod. Imienia Ossolińskich. Pieczęci odpadły, pozostały tylko dwa paski pergaminowe. Na zewnętrznej stronie dokumentu znajdują się napisy zawierające treść dokumentu, jeden po polsku z 17go wieku, drugi po łacinie z 18go wieku, w obu zaś jest wyrażone, że wieś wymieniona sprzedaną została Piotrowi *Szaffranyczowi.*

XXVI.

W Chęcinach 7. Maja 1403 r.

Albert sędzia i Mikołaj podsędek ziemscy sandomirscy poświadczają, że Paszko z Zakrzowa sprzedaje tę wieś Piotrowi z Secemina, podstolemu krakowskiemu. za 12 grzywien monety polskiej.

Nos Albertus iudex et Nicolas subiudex generales terre Sandomiriensis significamus tenore presencium omnibus et singulis, quibus expedit, universis: quod veniens ad nostram aliorumque nobilium presenciam nobilis vir Passco, heres de Szacrzow, non compulsus, nec coactus, nec aliquo dolo seductus, sed sanus mente simulque corpore suo, fassus est et publice recognovit, vendidisse et in perpetuum resignasse suam porcionem hereditatis ibidem in Szacrzow, quam habuit et tenuit cum pratis, agris, silvis, mariciis (*sic*), aquis et cum piscina, nec non cum omni iure et dominio, nichil pro se vel suis legittimis suc-

[1]) Zakrzów, jedna z czterech wsi tego nazwiska w województwie sandomirskiem. [2]) Piotr Szafraniec z Pieskowej Skały piszący się także z Łuczyc. [3]) Secemin, miasteczko w województwie krakowskiem. [4]) Porównaj dokument następny tej samej sprawy dotyczący, tego samego dnia wystawiony, mający tylko innych świadków.

cessoribus reservando, pro duodecim marcis monete Polonicalis strenuo viro domino Petro de Seczemin, heredi nec non subdapifero Cracouiensi, [1]) eiusque veris et legittimis successoribus; quamquidem porcionem hereditatis predicte idem dominus Petrus cum omni iure et dominio, ut premittitur, tenebit, habebit et hereditarie, pacifice et quiete possidebit, ac eadem porcio hereditatis prenominata per ipsum danda, concedenda, donanda, commutanda, convertenda, prout sibi vel suis legitimis succesoribus melius et utilius videbitur. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Chanczini feria secunda in vigilia sancti Stanislai ante festum petencostes anno domini millesimo quadringentesimo tercio, presentibus hys nobilibus viris et dominis strenuo Clemente Czechouiensi, Clemente Radomiensi Castellanis, Petrassio de Ossova, Clemente de Gybaltow, Nemerza de Chomantow, Stephano de Ossowa heredibus et quampluribus fidedignis terre Sandomiriensis[2]).

Dokument oryginalny pergaminowy o dwu takichże paskach, na których dawniej pieczęci wisiały, w Zakładzie nar. im. Ossolińskich.

XXVII.

W Krakowie 11. Marca 1406 r.

Władysław Jagiełło potwierdza i pomnaża nadanie Kazimierza Wielkiego dotyczące Bybla.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanae naturae commoda nihil dignius memoria habeatur, opportunum extat, ut actus hominum litterarum appicibus testiumque annotatione perhennentur, ne talia lapsu temporis evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiauiae Litwaniaeque princeps suppremus Pomeraniae, Russiae dominus et heres significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris, praesentium noticiam habituris: Quomodo generosi Andreas et Chriczko germani de Bybel [3]) et indivisi, fideles nostri dilecti, in conspectu nostro regio personaliter constituti maiestatique nostrae humiliter ac cum instantia supplicaverunt: quatenus literam eorundem super bona hereditaria ac paterna spectantem rutenicalem, ipsis per nostros

---

[1]) Jest to Piotr Szafraniec z Pieskowej skały czyli, jak się także pisze z Łuczycz. [2]) Porównaj dokument poprzedni tej samej sprawy dotyczący i tego samego dnia wystawiony, mający tylko innych świadków.

[3]) Dokument ten odnosi się prawie niewątpliwie do Nowego Miasta — Bybła, przy którem się jeszcze znajdują dawne ruiny, ztąd więc pochodziła znakomita na Rusi rodzina Bybelskich. Wszystkie w dokumencie tym wymienione miejscowości otaczają jakoby wieńcem to dzisiejsze Nowe Miasto — Bybło.

praedecessores et signanter per serenissimum principem Kazimirum, olim Regem Poloniae, datam, approbatam et concessam linguagio seu stilo rutenicali, in latinum transferre et translatum approbare, innovare et confirmare dignaremur. Cuius quidem literae de rutenicali stilo transsumtae tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje przetłómaczony na łacinę dokument Kazimierza W. z r. 1361, w ruskim języku oddrukowany w tomie I. nr. V. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos itaque Wladislaus Rex praenominatus huiusmodi petitionibus tanquam iustis et rationi consonis et possibilibus praefatorum Andreae et Chriczko germanorum, praeinserta litera diligenter perspecta, lecta, pervisa et intellecta salvaque et integra, non viciata comperta de nostra regia benignitate annuentes et favore, de speciali consensu praelatorum, dignitariorum et baronum, consiliariorum nostrorum, nostro tunc lateri assistentium, de rutenicali stilo in latinum transfertam (*sic*), taliter transferimus, omniaque in ea contenta ac praescripta approbamus, innovamus, ratificamus, proratificamus (*sic*), confirmamus, tenore conpraesenti (*sic*) decernentes ea nihilominus robur obtinere perpetue firmitatis et inviolabiliter observari, nec non bona hereditaria, quae in granitiebus nec non limitibus praefatorum bonorum hereditatum Bybel sunt locata, videlicet Czeski [1]), Szanoczany [2]), Blozewa [3]) cum fluvio, Blozow dicto, Przedzielnicza, Hubicze [4]), Zabokruki [5]), villae cum agris, pratis, campis, silvis, nemoribus et cum universis et singulis utilitatibus et fructibus, proventibus, ad dictas villas ex antiquo spectantibus, dedimus, donavimus, ratificavimus, confirmavimus, praesentium tenore mediante; nec non Buiow [6]) damus, donamus, ratificamus, confirmamus perpetue et in aevum praefatis Andreae et Chriczko et suis legitimis posteris tenere ac perpetue possidere et in aevum tanquam veros et legitimos heredes. Ratione cuius donationis, ratificationis ipsi Andreas et Chriczko, sui successores nobis et successoribus nostris cum tribus balistariis et una hasta decenter armatis tenebuntur ad quamlibet bellicam expeditionem servire et famulari et sint astricti, iuribus tamen nostris regalibus per omnia semper salvis. Harum quibus sigillum nostrae maiestatis est appensum testimonio literarum. Actum et datum Cracoviae feria quinta proxima post dominicam Reminiscere anno domini millesimo quadringentesimo sexto, praesentibus his validis et strenuis viris: Ioanne de Tarnow Cracoviensi, Petro Kmita Sandomiriensi, Clemente de Moskorzow Wisliciensi Pa-

---

[1]) Czyszki wieś w powiecie samborskim. [2]) Sanoczany wieś w powiecie przemyskim. [3]) Błozew wieś w powiecie samborskim. [4]) Przedziełnica i Hubice wieś w powiecie bireckim. [5]) Żabokruki, tej nazwy mamy według *Skorowidza* dwie wsie w Galicyi, lecz żadna w sąsiedztwie Bybla: jedna w powiecie horodeńskim o milę od Obertyna, druga w powiecie bobreckim. [6]) Bujowa, tej nazwy znamy w Galicyi tylko przysiołek należący do Łuczyc, wsi położonej o 2½ mili od miasta Sokala. Wieś, o której tutaj mowa, są to pewno Bonowice pomiędzy Hubicami a Błozewem leżące.

latinis, Cristino de Ostrow Sandomiriensi, Michaele de Iezow Lublinensi et Cristino de Kozeglowy Sandeczensi Castellanis, multisque aliis viris fidelibus, fide dignis. Datum per manus honorabilis domini Nicolai Praepositi sancti Floriani ante Cracoviam, regni Poloniae Vicecancellarii, nobis sincere dilecti.

Relatio praedicti Cristini Castellani Sandomiriensis.

Ex actis castrensibus Premisliensibus Relationum 303, pag. 122 sqq.

XXVIII.

W Brześciu 14. Grudnia 1410 r.

Władysław Jagiełło zapisuje Piotrowi z Kozłowa 60 grzywien na Gerwartowej woli i oddaje mu ją w zastaw.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo attendentes pure fidei constanciam et fidelitatis studiosa obsequia, quibus strennuus Petrus de Kozlow, miles noster fidelis dilectus, nobis complacuit et adhuc potuerit prestancius complacere, horum intuitu volentes ipsum nostrarum graciarum prosequi favoribus et ad nostra servicia continuo reddere prompciorem, sibi in et super molendino nostro in Gerwartowa wolya [1]) sito, spectante ad castrum nostrum Zarnouiense, sexaginta marcas pecunie usualis dedimus, deputavimus et assignavimus, damusque assignamus et tenore presencium deputamus, per ipsum et ipsius legittimos successores habendum, tenendum et pacifice possidendum cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, coherenciis et emolimentis universis, ad ipsum molendinum quomodolibet spectantibus ab antiquo; tamdiu quousque predicte sexaginta marce eidem Petro vel suis successoribus per nos vel nostros successores fuerint integraliter persolute et in toto, quibus solutis molendinum predictum ad nos vel ad nostros successores pleno iure reddibit viceversa. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Brzescze [2]) die dominico in crastino beate Lucie anno domini millesimo quadringentesimo decimo.

Relacio Manziconis.

Dokument oryginalny na pergaminie znajduje się w Zakł. narod. im. Ossolińskich pod Nrem. 454. Pieczęci brakuje, pozostał tylko pasek pergaminowy.

---

[1]) Tej nazwy wsi odszukać nie mogliśmy, jest atoli *Wola gawartowa* w województwie mazowieckiem o 5 mil od Warszawy; w pobliżu Żarnowa (*spectante ad castrum nostrum zarnouiense*) odnaleść się nie dała.

[2]) Jest to Brześć kujawski, w tych okolicach bowiem przebywał wtedy Władysław Jagiełło.

XXIX.

We Lwowie 24. Lipca 1416 r.

Notaryusz Albert syn Pawła z Padwy transsumuje na rozkaz i za potwierdzeniem Jana, arcybiskupa lwowskiego, fundację oltarza w kościele katedralnym lwowskim, dokonaną przez rajców lwowskich w r. 1399.

In nomine domini Amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo decimo sexto, indiccione nona, die mensis Iulii XXIIII, hora vesperorum vel quasi in magno palacio minoris castri Leopoliensis, sede vacante apostolica, sacrosancti Constanciensis consilii anno secundo, in mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter discretus dominus Martinus Laurencii de Landisberg, presbiter Wratislauiensis dyocesis et altarista altaris decem millium martirum et beatarum virginum ac martirum Agnetis, Dorothee, Katherine, in ecclesia metropolitana Leopoliensi syti, suis tenens in manibus quoddam privilegium civitatis Leopoliensis super dotacione et fundacione prefati altaris confectum, in carta pargamena conscriptum; cui privilegio sigillum orbicularis figure, de cera communi alba attergo, ad faciem vero viridi in pressula pargamena erat appensum, in cuius sigilli medio (qua) [1]) porta quedam civitatis munite, habens supra se tres turres cum menibus, sculpta apparebat, in qua porta quoddam animal ad instar leonis, dextrum pedem anteriorem, posteriorem vero sinistrum, extendentis, caput vero elevantis, cernebatur et in huius sigilli circumferencia hec litere pro tytulo capitales ab intuentibus legebantur incipiendo a cruce † S. Civitatis Lemburgensis, exhibuit et cum debita reverencia illud presentavit ac demonstravit coram reverendissimo in Christo patre domino Iohanne, Dei gracia archiepiscopo Leopoliensi, et me notario publico ac testibus infra scriptis. Tenor vero eiusdem privilegii sequitur et est talis:

Tutaj następuje fundacya rajców lwowskich z dnia 30. Stycznia 1399 r., oddrukowana według oryginału w tomie III pod nrem. LXV. Potem brzmi transsumt dalej:

Post cuius quidem privilegii exhibicionem et presentacionem memoratus dominus Martinus altarista prefato domino archiepiscopo Leopoliensi humiliter supplicavit: quatenus paternitas sua dictum privilegium propter pericula imminencia transsumpmi (*sic*) et copiari ac sigillo paternitatis sue transsumptum huiusmodi roborari, decernere gratiose dignaretur.

---

[1]) Wyraz ten *qua* pewno przez omyłkę tu niewłaściwie zamieszczono.

Attendens vero sepedictus reverendissimus in Christo pater ac dominus, dominus Iohannes, Dei gracia Leopoliensis archiepiscopus iamdictus, peticionem huiusmodi iustam et consonam racioni, multociens dictum privilegium decrevit paternitas sua per me Albertum Pauli de Padwa, clericum Cracouiensis dyocesis, publicum apostolica et imperiali auctoritatibus notarium infrascriptum, transsumi et copiari, sigillo quoque paternitatis sue demandavit communiri. Super quibus omnibus et singulis pretactus dominus Martinus altarista peciit, sibi a me notario publico infrascripto presens confici publicum transsumptus instrumentum. Acta sunt hec anno, indiccione, die, mense, hora, loco, sede vacante quibus supra, presentibus ibidem honorabili et discretis viris dominis Iacobo Prebendario capelle beate Katharine in castro minori Leopoliensi syte, Iacobo de Proschouicze Arcium Bacalario Presbiteris et Nicolao Hermani Krancz de Cracouia Clerico Cracouiensis dyocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N.

Et ego Albertus Pauli de Padwa, clericus Cracouiensis dyocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia dicti pryvilegii exhibicioni et ipsum privilegium transsumpmi peticioni, transsumptuque decreto, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum manu mea propria conscriptum, desuper confecti signo quoque nomine meis solitis et consuetis, una cum appensione sigilli memorati reverendi in Christo patris domini Iohannis, Dei gracia Leopoliensis archiepiscopi, et de mandato paternitatis sue consignavi rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Constat eciam michi notario prescripto de rasura illius diccionis „salute“ in XVta linea a fine computando, posite non vicio sed errore.

Pergaminowy oryginał w archiwum miasta Lwowa. U dołu na rzemykach pergaminowych dwie pieczęci woskowe. Pierwsza przedstawia na tle czerwonem herb Półkozic z napisem w otoku: *S. Iohannis . . . . . leopoliensis.* Druga zaś równie na tle czerwonem herb Oksza z napisem w otoku: *S. Io. Dei gratia archiepiscopus Leopoliensis.*

XXX.

W Niepołomicach 26. Października 1416 r.

Władysław Jagiełło potwierdza nadanie Władysława, księcia Opolskiego, wsi Strylcze, Wierzbiąż i Meketyńce Waszkowi Teptukowiczowi prawem łennem.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane vite comoda nil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum [1]) litterarum appicibus (*sic*) et testium annotacione perhennantur, ne lapsu temporum [2]) evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Litphanie (*sic*) supremus princeps, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. [3]) significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus, quam futuris: quod pro parte Waszkonis Thephtvcouicz, fidelis nostri, nostre celsitudini oblata peticio continebat, quatenus litteras serenissimi principis Wladislai, Dei gracia ducis Oppoliensis, domini Wyelunensis et Russie, super villas Strzelicze [4]) in Zudaczouiensi, necnon Wirzbąsz [5]) et Mikaitinicze [6]) et Gwoszdzecz [7]), nostro districtu Colomiensi, de innata nobis benignitate cofirmare, ratificare et approbare, necnon prenominatum Waszkonem cum suis legittimis successoribus de iure Feodali alias Szluskego [8]) exciperemus et cofirmaremus, omni prorsus vicio et suspicione carentes. Quarum litterarum sequitur tenor:

Tutaj następuje dokument Władysława księcia Opolskiego z dnia 9. Grudnia 1375 r. umieszczony powyżej nr. X. Potem brzmi potwierdzenie:

Sequitur littera empcionis:

Tutaj następuje drugi dokument Władysława księcia Opolskiego z dnia 15. Grudnia 1373 r. umieszczony tutaj powyżej nr. VIII. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos igitur inspectis fidelibus obsequiis sepe memorati Waszkonis et visa eiusdem iusta peticione, ad petita nostrorum baronum, iam dictas litteras ratas atque firmas habentes, confirmamus, approbamus et ratificamus, tenore presencium mediante, decernentes ipsas in omnibus punctis, articulis et sentenciis robur obtinere perpetue firmitatis. Excipimus itaque eundem Waszkonem cum suis legittimis successoribus ab omni iurisdicione [9]) Feodali constituimusque [10]) ipsum vel ipsos veros et legittimos heredes et possessores sepe

[1]) *harum* w kodexie Muczkowskiego. [2]) *temporis* w kodexie Muczk. [3]) *etc.* nie ma u Muczk. [4]) Strylcze wieś w powiecie horodeńskim. [5]) Wierzbiąż niżny i wyżny, wsie w powiecie kołomyjskim. [6]) Mikityńce albo Meketyńce, wieś w powiecie kossowskim. *Mikaitijncze* u Muczk. [7]) Gwoździec mały i stary, wsie w powiecie kołomyjskim [8]) *Szlinskiego* u Muczk. [9]) *impetitione* u Muczk. [10]) *constituentesque* u Muczk.

dictarum villarum secundum ritum et consuetudinem aliorum terrigenarum nostre corone regni Polonie. Insuper cupientes eundem Waszkonem specialium graciarum plenitudine prosequi et ad nostra servicia reddere prompciorem, maturo consilio nostrorum consiliariorum prehabito, sibi et suis legittimis successoribus villas, hereditates et loca (*sic*) pro locacione villarum, nostras [11]) infrascriptas, quas ipse Waszko ad presens obtinet, videlicet: Podborze [12]) circa fluvium Lubscha [13]) cum quadam planicie circa Szwyrzsz [14]) fluvium, dicta Suchodol [15]), pro locacione ville; item Vaczkova Dvorzyschcza [16]) et Staroduby [16]) in Zudaczouiensi, Hanyowcze [17]) et Dampszykowcze [18]) Haliciensi; item Pyestina circa fluvium eciam Pyestina [19]) nuncupatum, qui fluit de monte Panthin [20]), et cum rivulis ad dictum fluvium decurrentibus de eodem monte; item Utrop [21]) pro locacione ville quandam planiciem; item Stolpczathe [22]) cum monte Dubrawa [23]) et cum rivulis de eodem monte in Luthcza [24]) defluentibus; item villam Clyczow [25]) circa fluvium eciam Cliczow [26]) nuncupatum; item Miszin [27]) pro locacione ville; item Ostapkowcze [28]); item locum pro situacione ville sub gayo dicto Sroki et cum eodem gayo et Rohin [29]) cum [30]) Podmerthin [31]); item Wirzbovyecz [32]) usque ad Raloluv [33]); item Kamyone [34]) cum merica [35]) Crassnicza et silva Chrostno dictis in Colomiensi; Widinow [36]) circa flumen Pruth [37]) et circa Orzeleez [38]) et Brzezani [39]) villas in Snathinensi districtibus, damus, donamus et inscribimus perpetua donacione, cum omnibus utilitatibus, proventibus, censibus, redditibus et usufructibus pro nunc in eisdem villis et hereditatibus existentibus et futuris temporibus exinde provenire valentibus, quibuscunque nominibus nominentur, et cum omni dominyo, prout eedem hereditates et ville longe et late ac circumferencialiter sunt distincte ex antiquo et limitate, tenendas, habendas, possidendas, vendendas, obligandas, commutandas et in usus suos et suorum legittimorum successorum beneplacitos convertendas, prout ipsis melius videbitur expedire. Illis duntaxat exceptis, quod omnes et singuli kmethones, in

---

[11]) *nostras* nie ma u Muczk. [12]) Podborze, wieś w powiecie rohatyńskim. [13]) Lubsza, rzeczka wpada z prawej strony do Świerza pod wsią Podborze. [14]) Świerz, rzeka poboczna Dniestru. [15]) Suchodol, wieś nad Świerzem nie egzystuje — atoli tego nazwiska znajduje się wieś niedaleko Podborza, w powiecie bobreckim. [16]) Wsie tak zwane nie egzystują dziś ani w powiecie żydaczowskim, ani w ogóle w tych stronach. [17]) Hanowce, wieś w powiecie rohatyńskim. *Kaniowcze* u Muczk. [18]) Demeszkowce, wieś w powiecie rohatyńskim. *Damsthykowcze* u Muczk. [19]) Pistynka, rzeczka w kołomyjskiem, Pistyń miasteczko w pow. kossowskim. *Piestnia* u Muczk. [20]) Pauteresz, góra w pobliżu której Pistynka wypływa. [21]) Ustrop, wieś w powiecie kołomyjskim. [22]) Stopczatów, wieś w powiecie kołomyjskim. [23]) *Dubowa* u Muczk. [24]) Luczka, rzeczka w kołomyjskim. [25]) Kluczów wielki i mały, wsie w powiecie kołomyjskim. [26]) Kluczów, rzeczka górska w kołomyjskim wpada do Luczki, a z nią do Prutu z prawej strony. [27]) Myszyn, wieś w powiecie kołomyjskim. [28]) Ostapkowce, wieś w powiecie kołomyjskim. [29]) Rohinia wieś w powiecie kołomyjskim. *Bohin* u Muczk. [30]) *tum* u Muczk. [31]) Wieś tego nazwiska w tych okolicach dziś nie egzystuje. [32]) Wierzbowce, wieś w powiecie horodeńskim. [33]) Może dzisiejsza wieś Balińce, obok wsi Gwoździca, w powiecie kołomyjskim. *Raloluij* u Muczk. [34]) Kamionka wielka i mala, wsie w powiecie kołomyjskim. [35]) zamiast *cum merica* u Muczk. *cum C.....* Zamiast *et silva* u Muczk. *et Bilna*. [36]) Wydynów, wieś w powiecie śniatyńskim. [37]) Prut, znana rzeka. [38]) Orelec, wieś w powiecie śniatyńskim obok Wydynowa. [39]) Wieś tego nazwiska w tych stronach dziś nie egzystuje.

eisdem villis existentes, de qualibet curia possessa singulis annis ad festum sancti Martini duos grossos latos nostre camere solvere sint astricti. Racione cuius donacionis idem Waszko et sui legittimi successores de suo dominio nobis et nostris posteris cum sex hastis et sex sagittariis ad quamlibet expedicionem generalem in terra Russie tenebuntur deservire. Actum et datum in Nipolom*(icze)* [40]) feria secunda proxime ante festum sancti Leonardi anno domini millesimo quadringentesimo decimo sexto [41]), presentibus magnificis, strenuis et nobilibus Iohanne de Tharnow Cracouiensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Mathia de Labiszyn Calisiensi Pallatinis, Sbigneo de Brzeszye Regni Polonie Marsalkone, Kuropathwa de Laczwchow [42]) Zavichostiensi, Domaratho Byeczensi Castellanis aliisque quamplurimis fidedignis. Datum per manus venerabilis Donin [43]) Decani et Canonici Regni Polonie Viceeancellarii, nobis sincere diiecty.

Ad relacionem eiusdem wenerabilis Donin [44]) Viceeancellarii Regni Polonie, qui presencia habuit in comissis.

Oryginał na pergaminie obecnie własność p. Kazimierza Laskowskiego. U dołu, po lewej stronie dokumentu znajduje się następujący podpis: *Christophorus Zegocki Succamerarius Calissiensis, Capitaneus Bab(imostensis) Marschalcus Tribunalis Regni m. p.* Pieczęci wraz z sznurkiem, na którym wisiała, brakuje. Na zewnętrznej stronie dokumentu napis: *Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.* Dokument ten oblatowany w trybunale Lubelskim r. 1627. Zapis tej oblaty brzmi tak: *Ad postulacionem Generosi Valentini Bentkowski iudicium ordinale Tribunalis regni Lublinensis litteras introcontentas cum sigillo magno pensili oblatas suscepit, et in acta per modum oblatae inserere mandavit*, reszta nieczytelna, tylko rok 1627 jest późniejszą ręką w górze nadpisany nad miejscem, gdzie przedtem był prawdopodobnie. Wewnątrz jak i zewnątrz dokumentu pełno napisów późniejszych, mniej ważnych. Z kopii „Zapisów Trybunału Lubelskiego" drukowano dokument ten już poprzednio w kodexie dyplomatycznym Muczkowskiego i Rzyszczewskiego I. 240 nast. lecz z dość licznemi myłkami, z których ważniejsze powyżej wykazano, i bez wyjaśnienia licznych miejscowości.

[40]) *Niepolomicze* u Muczk. [41]) Świętego Leonarda obchodzono w krakowskiem (według *Grotefend: Handb. d. Chronologie*) 30. Października. Dokument ten jest zatem wystawiony 26. Października 1416 r., a nie 2. Listopada jak rozwiązano u Muczk., w Niepołomicach; ponieważ jest on niewątpliwie oryginałem, jak zatem pogodzić z nim dokument u Raczyńskiego Kod. dypl. Litwy str. 209 i 210 datowany *in Wilna in crastino omnium Sanctorum feria secunda anno domini 1416;* i drugi w tym samym kodexie str. 208 datowany *in Cowna feria quarta ipso die undecim millia virginum 1416*, co znaczy: 21. Października? [42]) *Laczuthow* u Muczk. [43]) *Domini* u Muczk. [44]) *Domini* u Muczk.

XXXI.

W Krakowie 25. Września 1419 r.

Jan Rey ze Szumska sędzia i Filip z Chrobrza podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że za urzędowania poprzedników ich Pawła z Bogumiłowic sędziego i Zakliki z Korzekwy podsędka ziemskich krakowskich Rafał z Koszmic sprzedał swoją część spadkową w Sroczycach Mikołajowi z Koszmic za 80 grzywien średnich groszy krakowskich.

Nos Iohannes Rey de Schumsko iudex et Philipus de Chroberz subiudex terre Cracouiensis generales notum facimus, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod adhuc viventibus in humanis strenuis dominis Paulo de Bogumilowice iudice et Zaklica de Corzekwa olim subiudice terre predicte generalibus, coram certis eorum camerariis iudicialibus in iudicio terrestri Cracouiensi constitutus personaliter nobilis vir Raphael de Coszmicze [1]) heres, sanus mente et corpore existens, non compulsus neque coactus, sed de bona eius voluntate totam partem hereditatis suam paternam in Sroczice [2]) cum piscina pyothrassowszky cum omni iure et dominio, utilitatibus, fructibus, proventibus, incolis, censibus, redditibus, areis, domibus, ortulanys, agris, campis, pratis, pascuis, fluviis, aquis, lacubus, piscinis, silvis, gagiis, mericis, rubetis, mellificiis et pertinenciis universis, nichil pro se et suis successoribus legittimis ibidem iuris seu proprietatis reservando pro octuaginta marcis mediorum grossorum monete Cracouiensis, numeri Polonici consueti, nobili viro Nicolao ibidem de Coszmicze heredi et ipsius posteris in totum vendidit et perpetualiter resignavit tenendum, habendum, utifruendum, possidendum, vendendum, donandum, comutandum et in usus suos beneplacitos libere convertendum, prout sibi melius et utilius videbitur expedire. Nobilis vero Dorothea mater eiusdem Raphaelis circa hoc presencialiter comparens ab omni iure suo dotis et dothalicii ibidem habito prefato Nicolao totaliter recessit, promittens idem Raphael ipsum Nicolaum occasione premissorum ab omnibus impedimentis atque dampnis iuxta consuetudinem terrestrem Cracouiensem ubilibet relevare. In cuius rei testimonium presentem literam taliter, prout in actis supradictorum dominorum Pauli iudicis et Zaklice subiudicis contineri invenimus, scribi et nostrorum sigillorum appensione fecimus communiri. Actum et datum Cracouie feria secunda proxima post diem sancti Mathei apostoli et ewangeliste anno domini millesimo quadrin-

---

[1]) Koźmice wieś w pobliżu Wieliczki. [2]) Sroczyce zobacz Długosz: *Liber Beneficiorum II*, 104.

gentesimo decimo nono, [1]) presentibus his testibus nobilibus Iohanne de Woyslavicze, Slavcone de Mlossowa, Barthossio de Dambno, Wiscone de Sweborouicze, Iacussio de Gyanowicze, Iohanne de ibidem heredibus aliisque pluribus fidedignis.

Na odwrotnej stronie napis współczesny podający treść dokumentu. Dokument oryginalny na pergaminie; dwie pieczęci wraz z sznurkami brakują; własność zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 547.

XXXII.

W Pilznie 3. Lutego 1422 r.

Klemens z Borowy zakłada wieś Szczudowo na prawie magdeburskiem i nadaje sołtystwo w niej Janowi Szadzie i jego następcom.

In nomine domini Amen. Adversus oblivionis dispendium et errorum incomoda de scripture suffragio prudentum cautela providit, ut rerum gestarum memorie literarum apicibus ac testium annotacione perhennentur, proinde nos Clemens de Borowa [2]), cupientes bona nostra et hereditates, Ihesu duce, in silvis nostris de radice crudo ampliare, sculteciam nostram in fluvio Geminesa (?) in confinio Borawa de quatuordecim mansis, in quibus kmethones se habent locare iure Madburgensi (*sic*) Thewtnico (*sic*), sagaci viro Iohanni alias Schady sibi et suis heredibus pro suo agro ex opposito curie nostre ibidem in Borowa comutavimus et cum effectu vendimus temporibus perpetuis duraturum, nomen dicte ville Schadowa [3]) imponentes, cum duobus mansis liberis: unum, in quo solus residebit, alium in altera parte ville, ubi decreverit, habituris, cum thaberna, duobus ortulanis, quatuor scampna adiungimus mechanicorum panis, sutoris, carnificis et fabris (*sic*) cum duabus piscinis, piscibus earundem aquarum et decursibus ad faciendum unam in medio ville et aliam, ubi competencius extra villam poterit, cum molendino quotquot rotas circa unam piscinarum (*ad*) locandum, ubi decreverit, omnia quiete, libere possidebit. Damus etenim dicto Iohanni Schady et eius successoribus tot mellificia cum melle et apibus, quot in silvis nostris facere voluerit et in propriis sue scultetie grauiciis cum sexto (*dena*)rio census et tercio denario de omni re iudicata, ipsi autem sculteto ex speciali adiungimus gracia penas omnes ad recipiendum communes wlgariter pottoczne tam diu, donec libertas

[1]) Data i świadkowie ci odnoszą się do urzędowania Pawła z Bogumiłowic i Zakliki z Korzekwy, którzy w r. 1419 byli sędzią i podsędkiem krakowskimi. Zobacz Helcel: Pomniki II, 231. [2]) Borowa wieś w powiecie pilznieńskiem w pobliżu Dembicy. [3]) Ani wsi tej nazwy, ani powyżej wymienionej rzeczki odszukać nie było można.

subscripta duraverit, qua expirata, nobis duos tribuat denarios, pro se tercium reservabit. Donamus pretacto sculteto et kmethonibus ibidem venare libere ac prandere omne genus animalium, avium et ferarum, demptis magnis animalibus, que si venaverint, nobis unum quartale et ferine *(sic)* eiusdem animalis, pro mensa nostra dare sint astricti, tribuimus kmethonibus in eorum graniciis ad faciendum mellificia libere, donec libertas duraverit, eadem elapsa, quilibet kmetho unum quartale mellis nostra pro curia dare tenebitur. Adiungimus Iohanni sculteto et eius successoribus omnibusque kmethonibus infra spacium libertatis liberam silvam pro edificiis lignis vendendis et ad usus proprios convertandis (*sic*). Et ut dictus scultetus cum kmethonibus sub nostro gubernamine felicia possent carpere incrementa, sibi, quamdiu libertas duraverit, antiquum campum damus in subsidium, usque ad agrum sculteti habens (*sic*) granicies, et eundem agrum, in quo sedet scultetus, eciam tribuimus eidem in subsidium ad decursum sex annorum, quibus elapsis, nobis aut nostris successoribus condescendere et resignare se obligavit. Ceterum pro fabrica ecclesie et rectori eiusdem unum mansum et pro expellendo grege aream wlgariter Scothnicza libere assignamus. Volumus eciam, quod kmethones de quolibet manso duos grossos comunes plebano sub festum sancti Martini singulis annis tribuent; de nostro autem singulari favore damus sculteto ibidem et kmethonibus viginti sex annos libertatis, qua vero terminata, volumus, ut de quolibet manso nobis aut nostris successoribus racione census unam marcam iuxta censum regni singulis annis: super festum sancti Iohannis baptiste dimidiam marcam et super festum sancti Martini iterum dimidiam marcam solvere tenebuntur, et de quolibet manso unum fertonem monete communis, racione decime, cui de iure debebunt solvere, solvent; scultetus autem decimam pecunialem unum fertonem de quolibet laneo suo plebano solvere tenebitur. Habere volumus, ut ad tria magna iudicia, iuxta ritum celebranda, ut nobis aut nostro nunccio scultetus pro uno prandio tribuat octo grossos et kmethones pro ceteris duobus prandiis eciam octo grossos, pro quovis prandio quatuor grossos. Concedimus singulis kmethonibus, ab aliunde venientibus, quovis tempore venerint die aut nocte, ut eosdem de omni termine (*sic*) accusato ibidem in hereditate iure Thewtonico cum actoribus iudicabunt. Ut autem dicta nostra hereditas uberiora capiat augmenta, a sculteto et ab omnibus eius incolis amovemus omne ius Polonicum et coswetudines, excipientes ipsum cum kmethonibus de omni iure castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum, officialium et ministerialium, ut coram ipsis pro omnibus causis, tam magnis quam parvis, minime respondebunt, nisi kmethones coram eorum sculteto aut eius vicesgerenti et scultetus coram nobis aut nostris successoribus, dum signo nostro evocatus fuerit, tunc de se querulantibus iure Thewtonico suo respondebit. Nos vero dicto sculteto damus puniendi omnimodam malefactores facultatem, sentenciandi, diffiniendi, suspendendi, cremendi (*sic*), decollandi, submergendi et torquendi, omnia iuxta edictum iuris Thewtonici faciendi, prout

in suis dictaverit ius Madburgense Thewtonicum punctis et clau(*sulis*). Prefato autem Iohanni et suis successoribus vendimus dictam sculteciam, ut prefertur, et comutamus cum omnibus usibus, pratis, rubetis, graniciis, limitibus et utilitatibus ad possidendum, quiete et libere tenendum, vendendum, comutandum, obligandum, prout sibi melius videbitur expedire, omnia et singula faciendum. Eximimus vero sepedictum scultetum et omnes ibidem kmethones ab omnibus laboribus, serviciis, equitaturis, vecturis, angariis, preaugariis, dacionibus, contribucionibus, collecturis, penitus omnibus his sint soluti temporibus, nisi solummodo expirata libertate pro generali huius regni proclamata expedicione scultetus racione et loco sui servicii cum una marca monete comunis, kmethones ibidem omnes cum dimidia marca nobis et nostris successoribus veniant in subsidium. Harum quibus testimonio literarum pro roboramine presentibus (*sigillum nostrum* [1]) est subappensum. Datum Pylszno feria tercia alias ipso die sancti Blasi (*sic*) anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, presentibus his nobilibus et famosis testibus dominis: Nicolao antiquo et Nicolao filio eius de Kelkow, Paulus (*sic*) de Lipny, Nawogio de Gora, Nicolao de Glowaczow sculteto, Cwnrado et Nicolao eius filio civibus de Pylszno, pluribusque fide dignis ad id specialiter vocatis et rogatis ad premissa, temporibus perpetuis tenenda, nostro sub sigillo pro munimine appenso, in quo est dimidia aquila cum tribus lapidibus in clipeo exculpta etc. etc.

Na odwrotnej stronie obok nic nieznaczących zapisków jeden większego znaczenia: *Szczudowo*. Oryginał czytelnie pisany, nieco uszkodzony znajduje się w Zak. nar. im. Ossol. we Lwowie pod Nr. 544. Pieczęć, o której przy końcu dokumentu jest wzmianka, wisiała na sznurku z zielonego i białego jedwabiu, dziś pozostał tylko sznur, pieczęć odpadła.

XXXIII.

W Wiślicy 22. Marca 1422 r.

Stanisław z Gorzyc, syn Jana z Jurkowa Ligęzy, wojewody łęczyckiego, potwierdza Michałowi ze Złotéj przez ojca nadane mu sołtystwo w Dąbrowie i pomnaża takowe przywilejami.

IN nomine Domini Amen. Quia memoria cum mortuis sepellitur (*sic*), necesse est ideo fieri scripturam, que continet in se seriem veritatis. Noverint universi tam presentes quam futuri, quibus expedit, literam per presentem: quod nos Stanislaus, heres de Gorzice,[2]) visa et considerata litera sive privilegio, quod strenuus et magnificus dominus Iohannes

[1]) Pisarz wyrazy te opuścił. [2]) Zobacz dok. nr. XLVII z dnia 30. Marca 1430 r.

heres de Iurcow dictus Lyganza, pallatinus Lanciciensis, pater noster carissimus, nobili Michaeli heredi de Slotha [1]) super sculteciam in Dambrowa [2]) racione suorum fidelium serviciorum contulerit favoroseque servicia et nos considerantes patri nostro per eundem Michaelem facta et in futurum nobis et nostris successoribus exhybenda, eandem sculteciam in villa nostra Dambrowa, que nobis evenit ex divisione fraterna, damus, donamus et assignamus temporibus perpetue duraturis Michaeli memorato et suis posteris, que villa sita est iure Maydeburgensi. Cui quidem sculteto racione scultecie predicte et suis successoribus sicut ante dedimus tres laneos liberos et piscinam superius nostre piscine construendam super rivulum dictum Bren, unum molendinum antiquum in medio ville predicte, nostram super piscinam liberum maccellum carnium, panum, sutorum, fabrorum, thabernam liberam, prata sufficiencia; damus eciam dicto sculteto et successoribus suis sextum denarium census, tercium de qualibet re iudicata, incisum lignorum seu silvarum, quod vulgariter dicitur wrampp; conferimus prelibatam sculteciam cum omnibus, ut prefertur, pertinenciis, fructibus, utilitatibus, proventibus ad eandem sculteciam pertinentibus iure hereditario per dictum scultetum et successores suos tenendam, habendam, possidendam, utifruendam, vendendam, comutandam, donandam, alienandam et in usus suos beneplacitos convertendam, prout sibi et suis successoribus legittimis melius, utilius et conveniencius videbitur expedire. Scultetus namque prenominatus et sui succesores, libertate expirata, nobis ac nostris legittimis unum famulum ad quamlibet expedicionem generalem expedire et efficere tenebitur racione servitutis in equo decenti in ioppis duabus, in calepra et ferreis cirotetis ac balista. Expirata vero libertate, kmethones prenominate ville nobis ac nostris legittimis de quolibet laneo pro censu solvent per mediam marcam, medietatem dicti census super festum sancti Iohannis baptiste, aliam vero medietatem super festum sancti Martini, monete currentis, numeri Polonici; insuper prata quoque dicti Sculteti eiusque successorum incole predicte ville unum diem falcare et innare tenebuntur ac ea tempore messis, ut moris est, congregabunt. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Vislicie dominico die Letare anno domini millesimo CCCC^{mo} vigesimo secundo, presentibus hys strenuisque dominis nobilibus Iaszcone Castellano Czechouiensi herede de Bronisszow, Paulo de Woyczechow, Iacussio de Kazimiria, Preczslao de Nyeprouice, Petro de Czarncow, Nicolao et Paulo de Mlodzowi heredibus et aliis multis testibus fidedignis. Scriptum per me Paulum, Notarium civitatis Visliciensis, heredem de Ossow.

Dokument oryginalny na pergaminie, własność Zakładu narod. imienia Ossolińskich pod Nrem. 507. Pieczęci brakuje, pozostał tylko sznur jedwabny koloru fioletowego.

---

[1]) Złota, będzie to albo wieś w dawnem województwie krakowskiem o 5 mil od Miechowa, albo wieś w województwie sandomirskiem o milę od Sandomierza. [2]) Zobacz dok. nr. XLVII z dnia 30. Marca 1430 r.

XXXIV.

We Lwowie 8. Stycznia 1426 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że pomiędzy Jadwigą i córką jej Anną stanął podział spadku, który na nie przeszedł po śmierci młodszego Jana Zomersteina.

Wir Ratmanne der Stat Lemburg, Petir Kursner, Iohannes tholmacz, Clemens czedlicz, Andris clopper, Niclas scheter, Augustinus gemelich, Thun czu wissin mit desim briefe allin vnd iczlichin, den is notdorft wirt sein, offembar czeugende, das vor vns in ziteczendem Rate komen sein keigenwurtig dy erbarn vorrichtislewte Cloze scholtis, Andris becke, Petir kursner an eyme, Iurge gobil, Niclos czornberg vnd Niclas fredrich von dem andirn teile, vnd habin eyne redliche vorrichtunge bekant, dy ze gemacht habin czwischin der togentsamen vrawen hedwigin an eyme, vnd Annan, yrem kinde, von dem andirn teile, alz von angefellis vnd gutere wegin, dy en geboren noch tode des Iungen hanos Zummersteyns, dem got genode; so haben dy egenanten vorrichtslewte eyn sulch mittel fundin, das do ist gelegen bey Niclas scholczen vnd bey seyner efrawen hedwig zechs vnd czwenczig mark gewichtis zilberen gesmeyde und zeben firdunge goldis mynner drey qwent, vnd an dem zilbir vnd golde hat Niclas scholtis vnd hedwig seyne efrawe das dritte teil vnd Anna das kind czwey teile. Item vrawe hedwig und ir kind Anna sulln is alzo haldin mit der helffte der czweyer vorwerke vor der Stat gelegen, Alzo das das kind sal habin czwey teile der selbin vorwerke, vnd dy mutir hedwig das dritteil. Item so zal Niclas scholtis dy egenanten czwey vorwerke in genysse habin, vnd her sal dy alde vrawe zummersteynynne von irer helfte davone halden mit eyner dinstmayt vnd das sal steen czu seinem villin. Item von den czweyen hewsern eyns, das do etwenne karakbeyn ist gewest an der Ecken gelegin, alz man geet zu dem heiligen Leichnam, das andir holczen am Rynge gelegin sal dy vrawe hedwig habin das dritteil, vnd das kind Anna czwey teile. Item alle schulde sein gesaczt czu getrewir hant Niclas scholczen czu beczalin vnd in czu nemen, das her dy sal ynvordern, welchir schulde das kind czwey teile sal habin vnd dy vrawe hedwig das dritteil, ydoch darff Niclas scholtis von der vorderunge vnd ynnemunge der schulde keyne rechenunge thun. Item czwey teile der czweyer garten, vor dem heydenyschen thore gelegen czu neste petir czansirs garten, sullin geborn Anne dem kinde, vnd das dritte teil der frawen hedwig. Item von den dreyhundirt marken, dy do steen off der voytey czu Robischicze, alz vrawe hedwig spricht, geboren dem kinde

Anne czweyhundirt mark, vnd der muter hedwig hundirt marg. Dy Richtunge ist redlich ofgenomen vnd ist bestetigit, alzo das ze vmwedirsprechlich czu ewigen tagen von den parteyen sal gehaldin werdin. Gegeben am dinstage nach dem tage der heiligen drey konige In dem iare gotis Tawsent virhundirt iu dem Zechsten vnd czwenczigsten Iare mit vnsir Stat Ingesegil desem brife angehangen.

Oryginał pergaminowy w Arch. m. Lwowa N. 124. U dołu na okrawku pargaminowym zawieszona woskowa znana pieczęć radziecka.

XXXV.

W Turze 5. Lutego 1426 r.

Władysław Jagiełło nakazuje, ażeby ściśle przeprowadzano nadane dawniej mieszczanom lwowskim uwolnienie od ceł.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie etc. universis et singulis capitaneis, burgrabiis, theoloneatoribus et quibusvis officialibus nostris et eorum vicesgerentibus, ubilibet in regno nostro constitutis, presentibus requirendis, nostris fidelibus dilectis, graciam regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti. Expositum est coram nobis pro parte civium et incolarum civitatis nostre Leopoliensis: quomodo licet ipsi habeant literam nostram sigillo nostro cum appenso super libertate et indulso ubicumque in regno nostro et terris Russie theolonea non solvendi, duntaxat ad beneplacitum nostre voluntatis, quidam tamen ex vobis, indulso et libertate huiusmodi non obstantibus, prefatos cives et incolas civitatis predicte Leopoliensis, a solucione theolonei liberos, cum eorum mercanciis transire non permittunt, sed ab eis theolonea exposcunt et soluciones theoloneorum predictorum caucione fideiussoria affirmant et firmare constringunt. Quocirca vobis mandamus, omnino habere volentes, quatinus huiusmodi fideiussores ipsorum liberos esse faciatis, theolonea quoque a predictis civibus et incolis civitatis nostre Leopoliensis predicte vel eorum mercanciis omnimodo exigere non debeatis, sed ipsos circa libertatem prefate litere nostre conservare debeatis, tamdiu, quousque a nobis aliud habueritis in mandatis; aliud non facturi gracie nostre sub optentu. Datum in Thur [1]) feria tercia ipso die sancte Agathe anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto.

Relacio strenui Iohannis Manszik.

Wydrukowano według kopii współczesnej w kopiaryuszu miasta Lwowa. III. A. 223 pag. 59.

---

[1]) W r. 1421 w Lutym udaje się Władysław Jagiełło z Ratna do Turu a z Turu do Lubomli (Długosz XI, 437). Tur ten więc leży na drodze pomiędzy Ratnem a Lubomlą.

XXXVI.

W Rzymie 13. Marca 1426 r.

Marcin V. papież poleca Eliaszowi, dziekanowi kościoła N. P. Maryi w Sandomierzu, ażeby exkomunikował Jana Tłumacza, Jerzego Gobla i Klemensa Spytelskiego, mieszczan lwowskich, którzy czynnie poturbowali Marka syna Macieja z Kościana, kleryka poznańskiej dyecezyi.

Martinus episcopus servus servorum Dei dilecto filio .. Decano ecclesie sancte Marie Sandomiriensis, Cracouiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Marcus Mathie de Costin, Clericus Poznaniensis diocesis, quod Iohannes Interpres, Georguis Gobel, Clemens Spitelsky, cives Leopolienses, associatis sibi quibusdam suis in hac parte complicibus, manus iniecerunt in eum, Dei timore postposito, ausu sacrilego temere violentas ideoque Discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos sacrilegos tamdiu, appellatione remota, excommunicatos publice nunties et facias ab omnibus arctius evitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter et cum tuarum testimonio literarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctos Apostolos III Idus Martii, pontificatus nostri anno nono.

pro R. Assyam.
Erasmus.

Oryginał pergaminowy w Arch. m. Lwowa N. 125. U dołu zawieszona pieczęć ołowiana z wyobrażeniem na licu apostołów Piotra i Pawła z literami *SPA SPE*, na odwrotnej stronie z napisem: *Martinus pp. V.*

XXXVII.

W Krasnymstawie 25. Marca 1426 r.

Władysław Jagiełło zwalnia mieszczan lwowskich od dostarczania podwód, z wyjątkiem kiedy sam z żoną swą Zofią stanie w mieście Lwowie, wtedy mieszczanie lwowscy mają dostarczyć podwód do pierwszego noclegu.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc eterni Regis presidio gloriosi principatus solium assumpsimus, ad hoc regni recepimus dyadema, ut

subiectus nobis populus, nostro felici suffultus presidio, in pacis dulcedine conquiescat et ab omni oppressione gravamineque iugiter liberetur, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiauie, Lythwanie princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo consideratis et animo revolutis multiplicibus oppressionum gravaminibus, laboribus et iacturis, civibus et incolis civitatum regni nostri et frequencia vectigalium, ducturarum, equitaturarum, que podwodi dicuntur, et aliis quibuscumque nominibus nuncupantur, innuentibus digna et salubri animadversione eadem vectigalia, ducturas, equitaturas, ut premittitur, podwody dictas, que in antea non fuerunt, merito decrevimus abolendas, ut cives et incole civitatum regni nostri et dominiorum nostrorum a gravaminibus ipsorum respirare valeant et creatoris nostri clemenciam pro nobis, consorte et prole nostris carissimis frequencius exorare, et ut civitas nostra Lamburgensis alias Leopoliensis, que capitalis urbs terrarum nostrarum Russie existit, hac plenitudine graciarum gaudeat, utifruatur et letetur, et felicia valeat recipere incrementa, ipsam, cives et incolas eius ac inhabitatores universos ab omnibus vectigalium, ducturarum, equitaturarum oppressionibus et a dacione eorumdem, que podwody dicuntur, ex nunc et in antea excepimus, exemimus, absolvimus et tenore presencium liberamus perpetuis temporibus et in evum, decernentes et constanti firmitate statuentes: quomodo ab eisdem civibus incolis ac aliis inhabitatoribus civitatis nostre Lamburgensis alias Leopoliensis predicti equi podwodorum pro vectigalibus, ducturis et equitaturis, tam pro curribus, quam pro nunceiis equestribus nostris, quam falkonistis et aliis quibuscumque, nulla recipiantur per nostros nostrorumque successorum quoscumque capitaneos, procuratores et woyewodas et ceteros officiales aut nunccios racione, sed quod ipsi cives et incole ab ipsorum dacione sint liberi, soluti penitus et excepti perpetue et in evum; illa nostra necessitate tantummodo excepta et exclusa: quod dum ibidem in Leopoli fuerimus cum consorte nostra inclita Zophia, Regina Polonie etc. carissima, constituti, ex tunc ipsi cives et incole eiusdem civitatis pro ducendis nostris utensilibus, coquinalibus, currus nobis et inclite Regine, consorti nostre carissime predicte, dare tenebuntur, et sunt astricti ad civitatem seu ad locum proximum, in qua vel in quo de dicta civitate Leopoliensi recedendo primum nocturnum et stacionem faciemus. Vobis igitur capitaneis, burgrabiis, tenutariis, procuratoribus, viceprocuratoribus, woyewodis et eorum vicesgerentibus, nunceiis et officialibus nostris quibuscumque, in terra Russie ubilibet constitutis, pro tempore existentibus, fidelibus nostris dilectis, firmis nostris regalibus damus in mandatis, omnino habere volentes, quatinus equos podwodorum, ut prefertur, a dictis civibus Leopoliensibus de cetero nulla presumatis exigere racione, sed eos circa hanc ipsis concessam libertatem firmiter conservare debeatis, secus facere non ausuri gracie nostre

sub obtentu. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Crasnistaw feria secunda in crastino dominice Ramispalmarum anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, presentibus reverendo in Christo patre domino Iohanne Dei gracia Episcopo Chelmensi, magnificisque et strennuis dominis Iohanne de Tarnow Pallatino Cracouiensi, Michaele de Czyszow Castellano Sandomiriensi, Paulo Zlodzey Gladifero Craconiensi, Laurencio Zaramba Marschalko Curie nostre, Gnewossio de Dalyewycze Subdapifero Cracouiensi et aliis fide dignis. Datum per manus wenerabilis Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii, nobis sincere dilecti.

Ad relacionem eiusdem wenerabilis Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii etc.

Oryginał pergaminowy w Arch. m. Lwowa Nr. 126. U dołu na sznurku jedwabnym białym, czarnym i różowym zawieszona pieczęć woskowa majestatyczna, nieco uszkodzona.

XXXVIII.

W Sandomierzu 25. Października 1426 r.

Eliasz, teologii profesor, dziekan kolegiaty sandomirskiej i delegowany od stolicy apostolskiej sędzia, pozywa z polecenia papiezkiego z dnia 13. Marca 1426 r. Jana Tlumacza, Jerzego Gebla i Klemensa Spytalskiego, mieszczan lwowskich, z powodu dokonanego przez nich poturbowania Marka, syna Macieja, z Kościana, kleryka dyecezyi poznańskiej, a Stefan syn Franciszka z Krosna, wikaryusz lwowski, doręcza ten pozew na dniu 12. Listopada 1426 r.

Helyas, sancte theologie professor, decanus ecclesie collegiate Sandomiriensis ac iudex commissarius partibus infra descriptis a Sede Appostolica specialiter delegatus, discretis viris dominis rectoribus et vicariis ecclesiarum in Leopoli et in Grodek ceterisque presbiteris, curatis et non curatis, per et infra civitates et dyocesim Leopolienses ubilibet constitutis, presentibus requirendis, salutem et sinceram in Domino caritatem, et mandatis nostris ymmoverius Apostolicis firmiter humiliterque obedire. Literas commissionis, Sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini divina providencia Pape quinti, eius vera bulla plumbea in cordula canapi dependente bullatas, sanas, salvas et integras ac omni prorsus vicio et suspicionis nota carentes, nobis per discretum Marcum Mathie de Costin, clericum Poznaniensis dyocesis, exhibitas et presentatas, nos cum ea, qua decuit, reverencia noveritis recepisse. Quarum commissionis literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje polecenie papieża Marcina V. z dnia 13. Marca 1426 r., oddrukowane powyżej według oryginału nr. XXXVI. Potem brzmi pozew Eliasza dalej:

Post quarum quidem comissionis literarum presentacionem et reverendam suscepcionem fuimus per prefatum Marcum debita cum instancia requisiti, quatinus ad execucionem earundem literarum procedere iuxta traditam a sede Apostolica nobis formam et literas citacionis contra prescriptos cives Leopolienses decernere dignaremur opportunas. Nos vero Helyas decanus predictus volentes exequi debite mandata Apostolica, prout tenemur, vobis omnibus supradictis auctoritate Apostolica, nobis in hac parte concessa, mandamus sancte obediencie in virtute et sub excomunicacionis pena, quam vos et vestrum quemlibet terna canonica monicione trium dierum premissa incurrere volumus, nisi feceritis, que vobis precipimus in hac parte. Quatinus personaliter accedentes, prefatos Iohannem Interpretem, Georgium Gebel et Clementem Spytalsky, cives Leopolienses, si eorum presenciam comode habere poteritis, alioquin in ecclesiis publice proponentes ipsos ad instanciam prefati Marci uno edicto pro tribus et peremptorie citetis, quos nos eciam sic citamus per presentes, ut coram nobis feria secunda proxima post festum sancti Andree apostoli nunc affutura (2. Grudnia 1426 r.) Sandomirie in domo habitacionis nostre hora terciarum compareant, contra prefatas comissionis literas dicturi, allegaturi et oppposituri, si quid dicere aut allegare vel opponere verbo vel in scriptis voluerint, et processuri procedique visuri et alias facturi, audituri et recepturi, quod iusticia suaserit in premissis et ordo dictaverit racionis, certificantes eosdem citatos, quos nos eciam presentibus certificamus, quod sive in dicto citacionis termino comparere curaverint, sive vero nos nichilominus in premissis, prout iuris fuerit, procedemus, dictorum citatorum absencia seu contumacia non obstante. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras citacionis literas, per notarium publicum infrascriptum scribi et publicari mandavimus sigillique appensione iussimus comuniri. Actum et datum Sandomirie in porticu ecclesie sancte Marie Sandomiriensis predicte sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto, indiccione quarta, pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini superna providencia Pape quinti anno nono, die Veneris, XXV. mensis Octobris, hora terciarum vel quasi presentibus discretis viris domino Arnoldo Rectore ecclesie parochialis de Clodnicza, Stanislao Conternichth de Scarbimiria et Paulo Petri de Czarnoczin Notariis publicis Gneznensis et Cracouiensis dyocesum, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N. Et ego Iohannes Andree de Crobya, clericus Poznaniensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis commissionis literarum exhibicioni et presentacioni, ac earum reverende suscepcioni, nec non presentis citacionis decreto, aliisque omnibus et singulis pre-

missis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens instrumentum publicum, citacionem continens, manu mea propria scriptum exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis una cum prefati domini Helie decani sigilli appensione consignans, rogatus et requisitus in fidem ac testimonium omnium et singulorum premissorum.

Na odwrotnej stronie dokumentu napisano:

Et ego Stephanus Francisci de Krosna, vicarius ecclesie metropolitane Leopoliensis, mandatum intrapositum executus sum die Martis proxima post festum sancti Martini pontificis gloriosi (12. Listopada 1426 r.) coram wenerabili viro domino Petro Scolastico necnon Officiali Leopoliensi et discretis viris predicte ecclesie Leopoliensis videlicet domino Iohanne Vicario, Petro publico Notario, Marco Succentoris Socio, Stanislao ceterisque fidedignis presentibus. In fidem cuius execucionis humiliter exacte sigillum meum proprium subappendi.

Oryginał w Archiwum miasta Lwowa Nr. 128. U dołu na rzemykach pergaminowych dwie pieczęci woskowe zawieszone, z tych pierwsza na czerwonym wosku wyciśnięta Eliasza, druga na czarnym wosku wyciśnięta Stefana z Krosna. Na pierwszej odcisk twarzy ludzkiej, na drugiej jakieś znamie niedające się odróżnić.

XXXIX.

W Krakowie 13. Stycznia 1427 r.

Paweł z Bogumiłowic sędzia i Jakób z Boturzyna podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że ugoda graniczna pomiędzy Mikołajem ze Sierczy a obywatelami z Wieliczki została załatwioną.

Nos Paulus de Bogumilowyce iudex et Iacobus de Bothurzin subiudex terre Cracowyensis generales notumfacimus, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod in iudicio terrestri nostro Cracowyensi coram certis cameris (*sic*) iudicialibus nostris constitutus personaliter nobilis vir Nicolaus, heres de Sircza,[1]) ex una et circumspecti viri consules et omnes cives de Veliczka, sani mentibus et corporibus existentes, pro gayo dicto Grabowka, iacenti inter hereditates videlicet

[1]) Sircza wieś o ½ mili od Wieliczki. Porównaj dokument nr. LXVIII.

Sircza et inter Marcincowycze [1]) concordiam talem inter se fecisse perpetuam cognoverunt, ita tamen, quod dictus Nicolaus partem dicti gay Grabowka [2]) incipiendo, videlicet usque ad Igezorko et a dicto Igezorko eundo eadem dbrza (*sic*) usque ad graniciam Marczincovska, in qua granicia stat quercus, et ab eodem querco eundo usque ad alium quercum stantem, qui stat in monte, inter granicias Marczincowska et Sirczska iuxta signa inter se signa ibidem et scissa alias poczosni, a qua villa dicta Sircza usque ad debrz et ad Czosni, cum omni iure dominio pro se perpetualiter debet habere. Consules vero et omnes cives de Veliczka partem aliam eiusdem gay dicti Grabowka, incipiendo a dicta debrz et a Czosni, ad illam partem ville dicte Sirzcza usquė ad Babin [3]) et ad graniciam Marczincowska, similiter cum omni iure, dominio pro se perpetualiter debent obtinere cum effectu; promittentes ex utraque parte, hanc concordiam inter se factam inviolabiliter observare et specialiter idem Nicolaus, fideiubens pro fratribus suis uterinis et pro aliis omnibus, predictos consules et cives occasione premissorum ab omnibus impedimentis atque dampnis iuxta consuetudinem Cracouiensem ubilibet relevare, similiter dicti consules, fideiubentes pro omnibus civibus de Veliczka et pro aliis impedimentis atque dampnis, ipsum Nicolaum occasione premissorum iuxta consuetudinem terrestrem Cracowiensem ubilibet relevare. In cuius rei testimonium sigilla presentibus nostra sunt appensa. Actum et datum Cracowye feria secunda in octava Ephifanie Domini anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo, presentibus nobilibus hys testibus: Petro de Curow, Clemente Vantrobka de Strzelcze, Iohanne de Plessow, Nicolao de Brzese, filio domini Sbignei olim marsalcy Regni Polonie, Petro de Pisszary Subcamerario domine regine, Nicolao Werzink de Sledzovicze, Petro de Chelm, Petro de Coszoczyce heredibus pluribusque aliis testibus fidedignis etc.

Dokument oryginalny pergaminowy znajduje się w posiadaniu Zakładu nar. im. Ossolińskich. Pieczęci brakuje, pozostały tylko dwa paski pergaminowe.

XL.

We Lwowie 23. Stycznia 1427 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że stanął układ pomiędzy Jadwigą primo voto żoną młodszego Jana Zomersteina a secundo voto żoną Mikołaja Szolca i córką jej Anną z pierwszego małżeństwa o spadek po Katarzynie, żonie starego Zomersteina a babce Anny.

Wir Ratmanne der Stat Lemburg, Iohannes tholmacz, Andris clopper, Niclas gutler, Augustinus gemelich, Hannos schrope, Czugen offenbar mit desum briffe allin vnd

[1]) Marcinkowice dziś już wsi tej nie ma. Zob. kod. wielicki 13 — 16, 46, 74 i 95. [2]) Grabówka wieś o milę od Wieliczki. Zob. kodex wielicki 140 i 149. [3]) Babiny przysiołek tuż pod Wieliczką.

iczlichin, den is notdorft wirt sein, daz vor vns in zitzendem Rate komen sein keigenwurtig dy erbarn vorrichtislewte Petir kursner, Close schultis, Andris becke an eyme, Iurge gobil, Niclas czornberg vnd Niclas fredrich von dem andirn teile, vnd habin eyne vorrichtunge bekant, dy ze gemacht haben czwischen der togentsamen frawen Hedwigin etwenne des Iungen Hannos zommersteyns witwe, vnd nv des ersamen Niclas scholczen vnsirs mitbrudirs efrawe an eyme, vnd Annan yrer tachter an dem andirn teile von allis angefellis wegen, das en mochte geboren noch tode frawen Katherynen der aldin zommersteynynne, des selbin Kindis Anne Grossemutir. So habin dy selbin vorrichtislewte funden vnd habin mit fleisse gewegin noch yren gewisin, daz das gut, das der frawen Katerinen der aldin zommersteynynne czu geteilet was, noch yres ewirtes hannoss des aldin zummersteyns tode vnd an ze was gefallin, alz das auch in vnsirm buche ist beschreben, [1]) das selbe gut sal volgen dem Kinde Anne: Nemelich das gemawirte haws am rynge an der ecke gelegen, in welchim der alde zummerstein Leiplich gewonet hat, mit sampt dem gewant crome, auch dy helfte der czweyer vorwerke vor der Stat kegen holowskon, [2]) dy der aldin grosmuter was czugeschreben. Item dy alde frawe Kahterina zummersteynynne hatte czehen stucke wachs, nv hat ze eyn stucke wachs vorkawft bey yrem Leben vnd an eren nocz gewant, Sundir newn stucke wachs, dy Niclas schultis bey em hat, dy do wegen hundirt steyne gewichtis vnd drittehalbin steyn gesmelcztes wachses, vnd andirhalbe marg goldis, dy auch Niclas scholtis bey em hat, allis das sal dy egenante Anna habin vnd sal ir gancz vnd volkomelich volgen noch irer grosmuter tode. Item Czwenczig Schog wordin der alden frawen Katherinen zumersteynynne in der aldin vorrichtungen czu geschreben, dy selbin czwenczig schog hat ze vorczeret bey erem Leben vnd hat ze awsgegebin czu zelegerete, dovone darf Niclas scholtis keyne ausrichtunge thun. Item alle gutere vnd erbe, dy do geschreben seyn in der andirn richtunge, noch Iunge Hannoss zummersteyns tode sullen volgen eyme iczlichin teile, als ze beschreben sein in der selbin richtunge. Item sintdemmolle das man nicht weis yrkeynen swertmogen, der sich der vormundeschaft des kindes Anne vnd seyner gutere noch rechte vndirwinden mochte, so habe wir Ratmanne gebeten Niclas Scholczen, das her sich welde vndirwinden sulchir vormundeszaft, dorumb vnsir bete willin hat sich Niclas scholtis vndirwunden der vormundeszaft seyner Stiftachter Anne vnd ir erbe vnd gutere, dy ir geboren, Is zey an vorwerken adir sust an erben, alzo das her von den czinsen vnd von den genyssen sal her das Kind mitte awshaldin mit cleidern, kosten vnd mit allir notdorft bezorgen, vnd sal auch mit den selbin fruchten vnd genyssen des Kindis gebewde bessern vnd dy teiche vnd mole bessirn vnd bewarn vnd her darf sust von sulchin fruchten vnd czinsem dem Kinde adir sust ymanden keyne

[1]) na boku zapisano „*Anno 1423 vide acta dominorum Consulum.*" [2]) Hołosko o ¾ mili od Lwowa.

rechnunge thun, ydoch ap is sich wurde geborn czu mawern das holczene haws, czu neste dem eckhawse am rynge gelegen, davone sal geborn von des Kindes gute czu geben vnd czu Legen czwey teile vnd Niclas Scholzen das drittel. Dy richtunge ist redlich ofgenomen, wir ze auch bestetigen mit craft des briefis, das ze nv vnd ewiclich czwischen beyden teilen sal stete und feste bleibin vmwedirsprechlich. Gegeben am donrstage in der Lemburg vor Conuersionis sinte Pauli In dem iare gotis Tausent virhundirt in dem zeben vnd czwenczigsten iare.

Oryginał pergaminowy w Arch. m. Lwowa Nr. 129. U dołu na okrawku pergaminowym zawieszona pieczęć radziecka.

XLI.

We Lwowie 14. maja 1427 r.

Władysław Jagiełło zwalnia mieszkańców Lwowa, udających się z wołami i innemi towarami na jarmarki wrocławskie lub inne przez ziemię sandomirską, od wszełkich ceł i danin i nakazuje zwłaszcza staroście sandomirskiemu ścisłe przeprowadzenie tego przywileju.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps suppremus et heres Russie etc. universis et singulis capitaneis, tenutariis, burgrabiis, woyewodis, procuratoribus, viceprocuratoribus, wladaris, thywnis et quibusvis regni nostri et terrarum Russie officialibus nostris et subditis, ubilibet existentibus et constitutis, fidelibus nostris dilectis, presentibus requirendis, graciam regiam et omnis boni continuum incrementum. Strenui, nobiles et fideles nostri dilecti. Ecce quam plurimis vicibus pro parte famosorum mercatorum et civium civitatis nostre Leopoliensis alias Lamburgensis, fidelium nostrorum dilectorum, ad nostram audienciam deducitur querolose (*sic*) exponencium, qualiter, dum et quando ipsos super nundinas Wratislauienses et alias extra regnum nostrum bowes pellere aut cum mercanciis proficisci contingit, in capitaneatibus vestris et tenutis, ut puta Sandomiriensi et ibidem circa Coprzywniciam, Ossek, Thursko, Polaniecz, Paczonow, Wisliciensi, Lelowiensi et alibi in pluribus locis viarum, per terrigenas et nonnullos alios subditos regni nostri, occasione dampnorum, que se ab eisdem mercatoribus et bobus ipsorum, in bonis eorum, silvis, mericis, pascuis et planis, campis ac locis secus generales vias et transitus consistentibus asserunt sustulisse, vexari, gravari et opprimi soliti sunt et consweti, nowisque et inconswetis depactacionibus et rapinis spoliari et molestari; quare volentes tempore nostri felicis regiminis prefatis mercatoribus nostris Leopoliensibus et aliis specialiter terrarum Russie negociatoribus, a quibus reipublice non modica crescunt comoda et profectus, de

securo libero et pacifico transitu providere, ipsosque ab huiusmodi vexacionibus, gravaminibus, rapinis, iniuriis et quibuscunque iniustis oppressionibus sub nostre proteccionis dextera eripere et libertare, vobis premissis et cuilibet vestrum seriose et districte comittimus et mandamus, omnino habere volentes, quatenus ne decetero prefati mercatores nostri Leopolienses et quivis alii subditi terrarum Russie et homines cum dictis bobus vel mercanciis, negociacionis gracia ambulantes, talibus iniuriis, rapinis, depactacionibus et indebitis dacionibus molestentur per quempiam et vexentur, ubivis locorum in civitatibus et opidis diebus fori proclamare et insinuare faciatis, omnibus premissis sub pena nostra regali, Syedmnadzescza dicta, et auctoritate regia iniungendo seriose, ut dictos mercatores Leopolienses et quosvis homines terrarum Russie cum bobus vel mercanciis per bona ipsorum transeuntes tamquam generali via, que debet omnibus concedi pacifica, libera et secura, transire permittant libere et secure, nullas ipsis iniurias, rapinas, oppressiones et depactaciones iniustas per se vel suos inferentes et inferri permittentes, dum autem prefati mercatores Leopolienses et quivis alii de Russie partibus cum dictis bobus et mercanciis suis in tenutas cuiuslibet vestrum ingressi fuerint, ipsos unus ad alium uno ministeriali, dicto Sluzebnik, eis deputato conducere debeatis, comittentes eidem, quod, si que iniurie, rapine, oppressiones et depactaciones iniuste alicui mercatorum per ipsos terrigenas et quemcumque alium facte fuerint quoquomodo et illate, quod illas idem ministerialis conspiciat et publicet, a quo informacione de eisdem per vos recepta, omnes tales eorundem mercatorum raptores et illicitos oppressores, et presertim Tu Capitanee Sandomiriensis illos circa Polanecz, in Thursko et Grabowecz, qui a multis temporibus ipsis mercatoribus multa dampna et rapinas consweverunt irrogare et inferre, ad presenciam Tui evoces et evocetis, qui dum coram Vobis comparebunt, ipsos et quemlibet ipsorum ad restitucionem omnium iniuste dictis mercatoribus ablatorum compellas et compellatis penamque nostram predictam regalem ab eo vel ab eis pro nostra celsitudine inmisericorditer exigendo, super hiis, ut de vestra fidelitate gerimus constanciam, vestram diligenciam, nulli hominum favorem et amiciciam exhibentes, in hoc facto ostendatis, alias si secus feceritis et de eo si fuerimus per dictos mercatores aliquali querelarum materia pro premissis impulsati, extunc noveritis se indignacionem gravem maiestatis nostre ac pene repositum incurrisse. Nichilominus quecunque dampna, rapine, depactaciones et molestie predictis mercatoribus illate fuerint per quempiam, illum, in cuius tenuta hoc ipsum eis factum fuerit, ad satisfaccionem compellemus. Datum Leopoli feria quarta post diem sancti Stanislai tempore Maii anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

Ad mandatum domini Regis Iohannes Decanus
Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarius.

Oryginał pergaminowy w Archiwum m. Lwowa Nr. 130. Pieczęć odpadła, pozostał tylko pasek pergaminowy.

XLII.

W Świrze 2. Października 1427 r.
Władysław Jagiełło nadaje Tyszkonowi Ormianinowi wraz z rodziną i potomkami prawo magdeburskie.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium universis, quibus expedit, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo volentes, ut civitas nostra Leopoliensis, ad quam speciali favore et affectu acclinamur, tempore nostri felicis regiminis condicionem valeat recipere meliorem et quod res et mercancie preciosi ponderis et valoris per omnes et singulos mercatores, cuiuscumque status et condicionis homines existant, uti ex antiqua consuetudine iuxta privilegia et libertates olim domini Kazimiri Regis Polonie, predecessoris nostri, eedem civitati concessa, que hoc ipsum lacius canunt et demonstrant, negociari valeant et exercere, et ut idem mercatores, utputa status et ritus armenici, a quibus nobis comoda crescunt non modica, sub nostre proteccionis dextera in ipsa civitate degentes, amplectentur gracia nostra libertatis singulari, unde peticionibus fidelis nostri Tischkonis, Armeni filii olim Missier, mercatoris Leopoliensis, acclinati, ipsum et consortem ac pueros suos, legitime ab eo descendentes, de Iure Armenico et quovis alio excipimus et perpetuo liberamus, Iurique Theutonico Maidburgensi, quo omnes Christiani, inibi morantes, sub obediencia Romane fidei sacram fidem profitentes, gaudent et fruuntur, adiungimus et perpetuis temporibus aggregamus. Eidem Thischkoni Armeno et consorti sue ac pueris necnon posteritati ipsorum, ab eis legitime procreate, omnibus privilegiis, iuribus, consuetudinibus, libertatibus et graciis, uti aliis Christianitatis dicte civitatis incolis, plenam et omnimodam perpetuis temporibus tribuentes et dantes facultatem utifrui et gaudere. Mandamus igitur omnibus dicte civitatis Leopoliensis advocato, magistro civium et consulibus ceterisque officialibus modernis et in posterum constitutis: quatinus prefatum Tischkonem et consortem suam ac pueros cum posteritate eorum legitima circa hanc, quam ipsis concessimus et concedimus, conservare debeatis libertatem, iurique vero et comunitati civili adiungere et aggregare. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Swirsze [1]) feria quinta post festum sancti Michaelis proxima anno domini M° CCCC°

[1]) Świr, miasteczko nad jeziorem, o 2 mile od Wilii, o 12 od Wilna, o 6 od Świencian (zob. Baliński i Lipiński, Starożytna Polska III, 241 nast.).

vicesimo septimo, presentibus magnifico Sandiwogio de Ostrorog Palatino Poznaniensi strenuisque et nobilibus Cristino de Cozeglowy Sandecensi, Domorath de Cobilany Biecensi Castellanis, Alberto Malsky Succamerario Lanciciensi, Andrea Czolek de Zelechow Succamerario Sandomiriensi, Iohanne Manzik de Dambrowa Mense nostre Subpincerna Generali et Andrea de Brochocice Tribuno Lublinensi, multisque aliis quam pluribus fidedignis. Datum per manus venerabilium Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii et Stanislai Czolek eiusdem Regni Polonie Vicecancelarii, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem dicti domini Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii.

Według spółczesnej kopii z kopiaryusza miasta Lwowa III A. 223 pag. 43. Dokument ten drukował poprzednio według transsumptu Zygmunta III. z niektórem niedokładnościami i myłkami *Bischoff: Urkunden zur Geschichte der Armenier in Lemberg* str. 14 i 15.

XLIII.

W Sandomierzu 19. Grudnia 1427 r.

Jan ze Sprowy sędzia i Jan z Konina podsędek ziemscy sandomierscy poświadczają, iż za życia Zawiszy z Oleśnicy, podsędka tejże ziemi, Mikołaj z Golębiowia zapisał swej żonie Elżbiecie 150 grzywien jako posag i tyleż jako wiano na połowie wsi Zaduszniki i na połowie swej części w Golębiowie.

Nos Iohannes de Sprowa iudex et Iohannes de Konin subiudex terre Sandomiriensis generales protestamur universis, quibus expedit, presencium per tenorem: quomodo vivente domino Zauissio de Oleschnicza, subiudice terre predicte, quia nobilis Nicolaus de Golambyow heres coram iudicio terrestri comparendo personaliter sanus mente pariter et corpore existens, recognovit super medietate ville dicte Zaduszniki [1]) et super medietate sue porcionis quoque in Golambyow, [2]) cum omni iure et dominio et cum utilitatibus universis, quibuscunque dicantur nominibus, nichil excludendo, generose domine Elisabeth, sue consorti dilecte, centum et quinquaginta marcas dotis et totidem dotalicii dedit, donavit, indicavit et assignavit tenere, habere more aliorum dotaliciorum in talibus observato. Harum quibus in testimonium literarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Sandomirie

[1]) Tej nazwy wsi nie ma dzisiaj w Sandomierskiem, jest tylko w Płockiem wieś Zaduszniki, o 2 mile od Lipna. [2]) Golębiów, tej nazwy istnieją w Sandomirskiem trzy wsie.

feria sexta post festum sancte Lucie anno domini milesimo quadringentesimo vicesimo septimo, presentibus hys dominis: Petro de Tilkowicze, Iohanne de Ostrow, Iacobo de Czirnkow, Iaszkone de Milkow, Mirzone de ibidem ac aliis multis fidedignis.

Dokument oryginalny, na pergaminie, dobrze zachowany. Na pergaminowych okrawkach dwie woskowe pieczęci, jedna sędziego z herbem Odrowąż, druga podsędka z herbem Łabędź. Na odwrotnej stronie napisy późniejsze, podające treść dokumentu. Własność p. Kazimierza Laskowskiego.

XLIV.

W Krakowie 6. Lutego 1428 r.

Mikołaj z Michałowa, wojewoda sandomierski i starosta krakowski, poświadcza, że Michał Longus, dziedzic Czyrli, zobowiązał się wypłacić rajcom lwowskim na św. Małgorzatę 45 grzywien, za Marka celnika krakowskiego.

Nos Nicolaus de Michalow, palatinus Sandomiriensis, capitaneus Cracouiensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo veniens nobilis dominus Michael Longus, heres de Czirla, fideiussorie se obligavit pro provido Marco, theoloneatore Cracouiensi, XL quinque Marcas comunis pecunie circumspectis consulibus civitatis Leopoliensis, super festum sancte Margarethe (*13. Lipca*) proxime venturum, sub penis XV partis et iudicii persolvere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in castro Cracouiensi feria sexta ipso die sancte Dorothee anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo octavo.

Oryginał pergaminowy w archiwum m. Lwowa nr. 132. U dołu na okrawku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa z herbem Poraj, Mikołaja z Michałowa.

XLV.

W Krakowie 12. Kwietnia 1429 r.

Paweł z Bogumiłowic sędzia i Jakób z Boturzyna podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że Mikołaj, dziedzic Syrczy, odstąpił miastu Wieliczce cztéry zagrody z łąkami i polami.

Nos Paulus de Bogumilowicze iudex et Iacobus de Bothurzin subiudex terre Cracouiensis generales, notum facimus, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, noticiam

presencium habituris: quod in iudicio terrestri nostro Cracouiensi coram certis camerariis iudicialibus nostris constitus personaliter nobilis Nicolaus, heres de Syrcza [1]), sanus mente et corpore existens, non compulsus, nec coactus, sed de bona eius voluntate a quatuor ortulaneis [2]) ante civitatem Veliczka et penes ortulaneos plebani iacentibus et a arvis sub laszek, dicto Dzewczy, iacentibus ac eciam a campis superius alias wyszey eisdem ortulaneis iacentibus, qui campi iacent usque ad gagium Syrczsky iuxta signa, ibidem signata et posita et a prato, iacente retro silvam Grabowka [3]), cum omni iure, dominio, utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus et universis pertinenciis, nichil pro se et successoribus suis iuris vel utilitatis ibidem reservando, pro uno campo, quod transit ab eodem gagyo penes signa, ibidem signata, et inter sepes usque ad Zagumnye Syrczskie circumspectis viris consulibus et civibus de Weliczka et eorum posteris ad dictam civitatem Veliczka per concordiam in totum recessit et in perpetuum iudicialiter resignavit, tenendum, habendum, utifruendum, comutandum, vendendum, donandum, alienandum et in usus ipsorum beneplacitos libere convertendum, promittens et fideiubens ipsos consules et cives ac eciam eorum posteros occasione premissarum ab omnibus impedimentis atque dampnis et a qualibet persona ac eciam a fratribus suis iuxta conswetudinem terrestrem Cracouiensem ubilibet relevare et in dampnos reddere, que signa ibidem signata et posita predicti consules et cives singulis annis renovare alias ponawacz potentes erunt temporibus perpetuis in presencia ministerialis. In cuius rei testimonium sigilla presentibus nostra sunt appensa. Actum et datum Cracouie feria tercia proxima post dominicam Misericordia domini anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, presentibus nobilibus hys testibus Iohanne de Thanczin, Zegotha de Grzegorzowicze, Petro de Coszaczicze, Stanislao de Mlodzciawicze, Iohanne de Berwald, Stanislao de Mloszowa heredibus pluribusque aliis testibus fide dignis etc.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany w Zakł. nar. im. Ossolińskich. Pieczęci odpadły, jak o tem świadczą dwa przecięcia pergaminu, z których w jednem jeszcze pasek pergaminowany pozostał.

[1]) Siercza, wieś o ½ mili od Wieliczki.

[2]) na marginesie dodała ręka XVIII. wieku „4 zagrody".

[3]) na marginesie *„retro silvam Grabowek"* tąż samą co wyżej ręką.

XLVI.

We Lwowie 4. Stycznia 1430 r.

Jan Cielątko, starosta łańcucki, poświadcza, że Piotr Odrowąż, starosta samborski, Stanislaw Dawidowski, sędzia lwowski, Dymitr z Chodorowstawu i Jan z Zubrzy złożyli kaucyą, iż tenże Cielątko wraz z żoną swą Anną stawią się we Lwowie w dzień św. Wojciecha i w Sanoku w dzień św. Jana, aby tutaj załatwić sprawę zwaną: macierzyzny.

Nos Iohannes alias Czelanthko, capitaneus de Lanczuth, notum facimus, quibus expedit, universis, presencium noticiam habituris: quia magnifici et nobiles viri domini: Petrus Odrowąz, capitaneus de Sambor, Stanislaus Dawidowski, iudex districtus Leopoliensis, Dimetrius de Chodorowstaw et Iohannes de Zubrza, heredes et terrigene, caucionem fideiussoriam pro nobis prestiterunt, quod nos prefatus cum Anna uxore nostra in personis nostris debemus constitui in Leopoli ad festum sancti Adalberti (*23. Kwietnia*) et in Sanok ad festum sancti Iohannis baptiste (*24. Czerwca*) festorum proxime affuturorum, sic quod Anna, uxor nostra premissa, reformabit et perpetuam inscripcionem faciet de negocio dicto maczerzizni, quod, si nos prefatus Czelanthko cum Anna nostra uxore ad terminos prefatos et in locis premissis non fuerimus constituti et nostra uxor premissa inscripcionem et reformacionem non fecerit, infirmitate duntaxat excepta, quod absit, extunc, quodcumque dampnum prefati fideiussores, videlicet Petrus, Stanislaus, Dimitrius et Iohannes habuerint, non ipsorum sed nostrum dampnum est, ipsisque tenebimus et tenemus respondere ad simplicem assercionem sine omni iuramento et satisfaccione, quod per presentes fide digno obligamur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus hys Iohanne Winniczski, Krczon Hrpisko Barthkowski, Derslao Brzezeczsky, Derslao Skąpsky heredibus, Georgio Gebel Advocato Leopoliensi et Wolczkone Iudeo Theoloneatore et aliis fide dignis. Datum in Leopoli feria quarta in octava sanctorum Innocentium anno domini millesimo CCCC° XXX°.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa Nr. 135. U dołu na rzemyku pergaminowym pieczęć woskowa z herbem Ciołek. Napis w otoku: *S. Iohannis Czeląthko.*

XLVII.

W Nowem Mieście Korczynie 30. Marca 1430 r.

Stanisław z Gorzyc, Piotr z Czarnkowa, Klemens z Sopichowa, Stanisław z Małego Czarnkowa, Andrzej z Olchowy, patronowie kościoła w Dąbrowie, prezentują Zbigniewowi Oleśnickiemu, biskupowi krakowskiemu, Mikołaja z Nestachowa, kleryka dyecezyi krakowskiej, na opróżnione probostwo dąbrowskie.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Sbigneo, Dei gracia episcopo Cracouiensi, domino graciosissimo aut ipsius in spiritualibus vicario: Stanislaus, heres de Gozice [1]), Petrus, heres de Czarnkow, Clemens, heres de Sopichow [2]), Stanislaus, heres de minori Czarnkow [3]), Andreas, heres de Olchou [4]), patroni de Dambrowa [5]) parochialis ecclesie, filialem obedienciam ad quevis genera mandatorum. Reverendissime pater et domine graciose. Quia ecclesia parochialis in Dambrowa per mortem Iankonis, rectoris ultimi et inmediati ecclesie eiusdem, vacat ad presens, cuius collacio, iurispatronatus et presentandi ad nos dinoscitur pertinere, ideo ad eandem ecclesiam paternitati vestre reverendissime Nicolaum Domenci (*sic*) de Nestachow [6]), presencium ostensorem, clericum vestre dyocesis Cracouiensis, de vita ac morum honestate aliisque virtutum meritis plurimum comendatum, duximus presentandum, et presentamus per presentes, eandem paternitatem vestram studiosis rogantes afectibus: quatenus eundem Nicolaum ad eandem ecclesiam in Dambrowa ad presentacionem nostram dignemini graciosissime investire curam animarum et administracionem spiritualium ac regimen temporalium eiusdem ecclesie sibi comittere, prout ad vestrum officium dinoscitur pertinere. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Novacivitate Coreczyn die XXX. mensis Marcii anno domini millesimo CCCC tricesimo.

Oryginał pergaminowy znajduje się w Zakł. nar. im. Ossolińskich pod nr. 527. Na paskach pergaminowych było zawieszonych pięć pieczęci, z których dziś tylko paski pozostały.

---

[1]) Gorzyce, wieś w powiecie dąbrowskim.
[2]) Sępichów w pobliżu Korczyna.
[3]) Czarnków większy i mniejszy także w pobliżu Korczyna.
[4]) Olchawa zobacz Długosza *Liber Beneficiorum* II. 432.
[5]) Dąbrowa, miasto powiatowe w Galicyi.
[6]) Wieś tej nazwy, Niestachów, leży w dawnem województwie krakowskiem, o 1½ mili od Kielec.

XLVIII.

We Lwowie 21. Kwietnia 1430 r.

Piotr przeor i Gabriel, jako i inni bracia konwentu lwowskiego Dominikanów, poświadczają, że Rajcy m. Lwowa wydali im na rozkaz królewski książki, należące niegdyś do zakonnika Andrzeja Wanszig, a złożone na ratuszu Lwowskim przez Spytka z Tarnowa.

Frater Petrus carnificis prior et Gabriel, nec non ceteri fratres tocius conventus Corporis Cristi ordinis Predicatorum, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod, cum serenissimus princeps et dominus Wladislaus Dei gracia Rex Polonie etc., dominus noster graciosissimus, literis suis regalibus precepisset famosis dominis consulibus civitatis Leopoliensis, quatenus libros olim magistri Andree Wanszig, fratris dicti ordinis Predicatorum, apud eos per magnificum dominum Spithconem de Tarnow repositos, wenerabili domino Andree, eiusdem ordinis Predicatorum vicario et nunccio appostolico et conventui predicto dare et restituere debuissent, unde predicti civitatis Leopoliensis consules, ad mandata regalia nec non ad nutum et voluntatem dicti domini Andree, vicarii nostri, predictos libros, omnes et singulos, in pretorio Leopoliensi per dominum Spithconem, ut premittitur, repositos, nobis et conventui predicto dederunt et restituerunt integraliter et ex toto; de quibus eos quittamus et tenore presencium absolvimus, decernentes expresse, quod dicti consules et ipsorum successores a nobis et successoribus nostris nullam monicionem aut impedimentum in futurum habere debent nec aliquam impugnacionis instanciam sustinere. Harum quibus predicti conventus sigillum presentibus est appensum. Datum in Leopoli feria sexta post festum Pasce anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Oryginał pergaminowy w archiwum m. Lwowa nr. 133. U dołu na okrawku pergaminowym bardzo dobrze zachowana pieczęć konwentu lwowskiego OO. Dominikanów, wyciśnięta na wosku czerwonym dawniej już opisywana.

XLIX.

W Przemyślu 12. Listopada 1430 r.

Jan Mężyk z Dąbrowy, cześnik koronny i starosta ruski, rozstrzyga wraz z asessorami z polecenia królewskiego spór o wieś Sichow pomiędzy Janem, Mikołajem i Marcinem, braćmi z Knichinicz, a Janem z Zubrzy.

Nos Iohannes Manszyk de Dambrowa, supremus pincerna mense regalis et capitaneus Russie generalis, necnon Andreas Grochoczsky, Spithko de Tharnow, Andreas Bibelsky, Iaszek Myczyniczsky, Michael de Wapowcze, Phal de Pelnathicze significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo de mandato domini Regis demandatum nobis est iudicare sicut capitaneus inter partes, hoc est actor Iohannes de Knyechinicze et Nicolaus eciam de Knyechinicze et Martinus eciam de Knyechenicze [1]) coniuncta manu omnes tres fratres citaverunt Iohannem de Zubrza pro villa Sichow [2]); tunc istorum actorum pater paravit (*sic*), dictus Petrus de Knyechinicze, recognovit coram nobis et coram iure: quia hoc non est nullum matrimonium Sichow et hoc quid pertinet ad Sichow; tunc prefati actores, qui citaverant nobilem Iohannem de Zubrza, hoc est Iohannes, Nicolaus et Martinus de Knyechinicze, audientes agnicionem patris sui coram nobis et coram iure, discesserunt alias othstąpili są predictam villam Sichow sibi et ipsius successoribus et habent eviterne tacere et ipsum dictum Zubrszky amplius non habent impedire nec successores ipsios pro predicta villa Sichow, sitam (*sic*) in districtu Leopoliensi, et super hoc nobilis Iohannes Zubrzsky [3]) posuit nobis memoriale et nos sibi adiudicavimus pro lucro. In cuius rei testimonium sigillum nostrum capitaneale presentibus est appensum testimonio literarum. Datum Premislie in crastino sancti Martini confessoris gloriosi sub anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

Oryginał bardzo nieczytelnie pisany znajduje się w archiwum m. Lwowa nr. 134. U dołu wisi na rzemyku pergaminowym pieczęć woskowa nie wyraźnie odbita.

---

[1]) Co do tych osobistości porównaj tom II. 143, 146, 148, 150 i 164; III. 220; IV. 155, 156, 168.

[2]) Porównaj tom IV. nr. XXV, XXVII i XXIX.

[3]) Zobacz o nim: tom II. 82 i 132; IV. 69, 70, 77, 78, 82, 105, 110—112, 119 i 130.

L.

W Sandomierzu 23. Lutego 1431 r.

Władysław Jagiełło nadaje Janowi z Koniecpola miasto Boscz, Zboiska, Milatin i Medzygorce, jako nagrodę za wieloletnie służby i jako zastaw za pożyczone 300 grzywien.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus imposterum pariat detrimenta, alta regum et principum consilia decreverunt, ea literarum apicibus et testium annotacione perhennari, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Littwanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo, volentes magnificum, nobilem et strenuum militem nostrum, sincere dilectum Iohannem de Conyeczpolie pro tot sinceris, fidelibus et continuis obsequiis, que maiestati nostre constanter et illabate ab ewo etatis sue exhibuit in futurumque adaucto fidelitatis et constancie suo studio sincerius offert se prestiturum, oculo pietatis nostre regie intueri et nostris favoribus specialibus, prout id digne meruit, in conspectu celsitudinis nostre amplecti, necnon in recompensam tricentarum marcarum, quas apud ipsum Iohannem pro magnifico et strenuo Dobkone de Syenna, castellano Lublinensi, intercessimus, racione certi debiti, reddere certum et consolatum, sibi, heredibus et successoribus ipsius legittimis, omne ius, dominium et proprietatem in et super omnibus et singulis bonis, opido dicto Boscz [1]), villis, curiis, allodiis, prediis, campis, agris, pratis, molendinis, emolumentis, piscinis, piscaturis, fluviis, aquis quibuscunque et earum decursibus ac ipsius opidi suburbiis, villis, ortis, ortulanis et attinenciis, wlgariter przisolky, duabus Boscz et villis Sboyska [2]) in districtu Leopoliensi, Milatin [3]) in districtu Premisliensi, Medzygorce [4]) in districtu Haliciensi in terra Russie sitis, damus, inscribimus et largimur liberaliter et graciose per presentes; in ipsumque Iohannem et suos successores legittimos transfundimus, quodcunque nobis ad presens competit seu in futurum competere dinoscetur ex morte Iohannis predictorum bonorum posess(*oris quo*)d quid opidum et villas predictas cum omnibus et singulis utilitatibus, censibus, proventibus, redditibus, obvencionibus nec non coherenciis, spectanciis, pertinenciis et appendiis universis ad predicta opidum et villas modo pertinentibus et que

[1]) Według napisu na drugiej stronie pergaminu jest to miasteczko Kulików w żółkiewskim powiecie.
[2]) Zboiska wieś o pół mili od Lwowa. [3]) Milatyn w powiecie grodeckim. [4]) Międzyhorce o pół mili od Halicza.

postea per industriam poterint adaugeri, idem Iohannes cum heredibus et successoribus ipsius legittimis habebit, tenebit, utifructur pacifice et quiete, temporibus perpetuis possidebit necnon vendet, obligabit, comutabit et in suos suorumque heredum et successorum legittimorum usus beneplacitos convertet, prout sue et suorum successorum legittimorum voluntati salubrius videbitur expedire; decernimus insuper per presentes, quod idem Iohannes, heredes et successores ipsius legittimi, ad quamlibet expedicionem nostram generalem cum una hasta et quatuor sagittariis temporibus perpetuis servire debebit et sit astrictus, iuribus terrestribus pro nobis et nostris successoribus exceptis et reservatis. Harum quibus sigillum nostre maiestatis appensum est testimonio literarum. Actum Sandomirie feria sexta ante dominicam Reminiscere anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo, presentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Sbigneo Dei gracia Episcopo Cracouiensi, necnon magnificis, strenuis et nobilibus Nicolao de Michalow Castellano et Capitaneo Cracouiensi, Spitkone de Tarnow Palatino Sandomiriensi, Alberto Malsky Lanciciensi Castellano, Iohanne de Oleschnicza Regni Nostri Polonie Marschalko, Iohanne de Sprowa Iudice Sandomiriensi et Magero Subpincerna Cracouiensi ac aliis pluribus fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis, Cancellarii et venerabilis ac egregii Wladislai de Opporow Decretorum Doctoris, Decani Cracouiensis, Prepositi Lanciciensis, Sedis Apostolice Prothonotarii etc. Vicecancellarii Regni Polonie, nobis sincere dilectorum.

Ad relacionem eiusdem venerabilis Wladislai de Opporow, Regni Polonie Vicecancellarii.

Na odwrotnej stronie między nic nieznaczącymi napisami jeden tylko zasługujący na uwagę: *Boscz alias Kulików.* Oryginał, bardzo czytelnie pisany, znajduje się w Zakładzie nar. imienia Ossolińskich. Na sznurku z czerwonego, białego i czarnego jedwabiu zawieszona była pieczęć, która z czasem odpadła.

LI.

W Przemyślu 12. Maja 1431 r.

Władysław Jagiełło nadaje Mikołajowi i Janowi z Boryskowic za usługi ich, w wojnie podolskiej wyświadczone, wieś Deskowadworzyszcze, zapisując im na niej 40 grzywien.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Lithvanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam

futuris, presencium noticiam habituris: quomodo, attendentes grate fidelitatis obsequia et constantis fidei merita, quibus nobiles Nicolaus et Iohannes de Boriscowcze, terrigene nostri Podolienses, maiestati nostre hys temporibus gwerrarum, in terra Podoliensi vigencium, placere meruerunt et in futurum, aucto fidelitatis studio, prestancius poterint complacere, horum intuitu, cupientes ipsos graciarum nostrarum prosequi favoribus et ad obsequia nostra reddere prompciores, ipsis in et super villa dicta Descowadworziscza [1]), in terra Podolie et districtu Baroczensi sita, quadraginta marcas numeri et monete Polonicalium, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, dedimus, donavimus et tenore presencium damus, donamus et inscribimus graciose. Quamquidem villam Descowadworziscza prefati Nicolaus et Iohannes tenebunt, habebunt et pacifice possidebunt, cum om(*nibus et*) singulis utilitatibus et proventibus, ad ipsam quomodolibet spectantibus et pertinentibus, tam longe l(*ateque*), prout ab antiquo est limittata et distincta , tam diu, quousque dicte quadraginta marce ipsis aut successoribus ipsorum fuerint persolute integraliter et ex toto. Quibus solutis, eiusdem ville possessio ad nos et successores nostros redire debebit pleno iure, ita tamen, quod dicti fratres ibidem in terra Podolie residenciam faciant personalem, iuribus eciam nostris regalibus in omnibus semper salwis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in Przemisl sabbato proximo post festum Ascensionis Domini anno eiusdem millesimo CCCC° tricesimo primo.

dominus Rex
per se.

Na zagiętce: Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.

Dokument oryginalny w jednem miejscu uszkodzony, znajduje się w Zakł. nar. im. Ossolińskich. Pieczęci brakuje, pozostał tylko pergaminowy pasek. Na odwrotnej stronie napisano: „*Registrata*“. W drugiem zaś miejscu, zdaje się ręką siedmnastego wieku: *Super Descowe dworziszcza ktore lezą po wis rzeky Vsicza i wsi tak myanouanich Vsicza*, *Vsinią*, *Vs* . . . . dalej nieczytelne.

LII.

We Lwowie 19. Kwietnia 1432 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że Mikołaj i Jerzy, synowie zmarłego Jana Czepnera, pokwitowali ojczyma swego, Mikołaja Schultis, z odebranego od niego spadku po ojcu.

Wir Ratmanne der Stat Lemburg: Iohannes trautfrewlin, off dy tzeit Burgermeyster Iurge Gobil, Niclas tzornberg, Cloze Scholtis, Bartholomeus Heyner, Iocufch von Camentz,

[1]) Deskowadworzyszcze według napisu na odwrotnej stronie wieś nad rzeką Uszycą na Podolu.

Thun kunth mit desim brife allen vnd iclichen, den es notdorft isst, das vor vns in zietzendem Rate komen seynt keigenwurtig Nickel vnd Iurge, tzwene brudere, etwenne Iurge tzepners zeliges zone, vnd haben bekant mit eyntrechtiger stymme offenbar: das niclas Schultis, ir Stiffater, ir angefelle, das ze beyde von irem vater vnd muter anirstorben ist vnd an sye gefallen, en gantz vnd folkomelich hat gericht vnd betzalet vnd en aws seynen henden gar geantwortet, Alzo das her en keyn angefelle ist schuldig bleben, davone dy egenanten tzwene brudere vor vns keigenwurtig steende haben den vorgenanten Niclos Scholczen frey, queit vnd ledig gelossen, globende en dorumb nymmer antzulangen czu ewegen tagen. Gegeben am zonabende vor sente Iurgentage in dem Iore Gotis dausent virhundert in dem andern vnd dreissigesten jore. Mit vnserem Stat Zegil desem brifen angehangen.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa nr. 136. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć radziecka miasta Lwowa.

LIII.

W Nowym Sączu 26. Czerwca 1432 r.

Dersław z Włostowic, starosta sandecki, poświadcza, że Marcin Zajączek z żoną swoją Elzbietą odstąpił przed sądem sandeckim dziedzictwo Rostoki Rafałowi Roszen.

Nos Derslaus de Wlostowicze, capitaneus Sandeczensis, notum facimus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod constitutus honestus vir Martinus Zayanczek cum uxore sua legittima Elizabet coram iudicio nostro in banito Nova Sandecz in curia Serenissimi principis et domini, domini nostri, Wladislai, Dei gracia Regis Polonie, domini nostri graciosissimi, feria quinta in octava corporis Christi, more solito et secure celebrato, resignavit hereditatem in Rostoky [1]) strenuo militi, domino Raphaeli Roszen et omnino a toto recessit, vulgariter odstąpyl, prout solus videlicet Martinus Zayanczek sua cum uxore legittima Elizabet ab eodem domino Raphaele ipsius p . . . . [2]) cioni tenuit et habuit ac possedit, cum omnibus utilitatibus, proventibus ac fructibus, nichil pro se et suis posteris servando nec retinendo iuxta cursum terrestre. Memoratus autem Martinus

[1]) Będzie to pewno przysiołek Rostoki, należący do Czarnej Wody, w powiecie nowosądeckim. Nazwa ta w nieco zmienionej formie (Rostoka) powtarza się jeszcze po cztery razy w powiecie nowosądeckim.

[2]) Kilku liter brakuje.

Zayanczek cum prefata uxore sua Elizabet et pueri eorum legittimi a modo et amplius impedire non debent, nec vaxare (*sic*) memoratum strenuum militem Raphaelem Roszen, nec qui eandem hereditatem, si contingerit (*sic*), in posterum a iam dicto strenuo milite, domino Raphaele Roszen habebunt ac possidebunt. Et memorati ac sepedicti videlicet dominus Raphael et Martinus Zayanczek cum uxore sua iam sepedicta Elizabet, parte ex utraque omnes causas, lites, discordias, que inter eos vertebantur vel adhuc verti poterant, illas omnes terminaverunt et omnino suffocaverunt et amicabilem concordiam inierunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Nova Sandecz feria quinta in octava Corporis Cristi Christi (*sic*) sub anno domini millesimo CCCC° tricessimo (*sic*) secundo etc.

Oryginał pergaminowy, dobrze zachowany, jest własnością Zakł. nar. im. Ossolińskich. Pieczęci brakuje, pozostały tylko okrawki pergaminowe.

LIV.

W Krakowie 9. Stycznia 1433 r.

Władysław Jagiełło potwierdza, powiększa i określa prawa i przywileje szlachty i duchowieństwa polskiego.

Oryginał na ogromnym arkuszu pergaminowym w archiwum miasta Lwowa nr. CXXXVII. Na sznurku jedwabnym koloru białego, czerwonego i czarnego, zawieszona nie bardzo dobrze zachowana majestatyczna pieczęć Władysława Jagiełły. Mamy trzy redakcye tej w rozwoju prawa państwowego polskiego tak ważnej konstytucyi. Pierwsza z r. 1425 jest raczej zarysem przyszłej jedleńskiej, to jest drugiej z nam znanych, a drukowana w *Liber cancellariae Stanislai Ciołek* (*ed. Caro.* str. 115;) znajdująca się także w kodexie puławskim, którego waryanty umieścił *Bandtkie*: *Ius polonicum*, 224—233. Druga redakcya jedleńska z roku 1430, trzy lata miała znaczenie prawne urzędowego dokumentu; drukowana u *Długosza* XI. 536; waryanty zaś tejże z manuskryptu: *Acta regia archivi Polonie liber C. p.* 512—517 i z VII. tomu dogielowskich odpisów umieścił również Bandtkie w *Ius polonicum*. Trzecia redakcya, a właściwie druga urzędowa z roku 1433, jest owym właściwym na przyszłość zrobionym i ważnym dokumentem. Konstytucya ta, drukowana u *Łaskiego fol.* 50, *Konarskiego p.* 89, *Bandtkiego ibid.*, znajduje się nadto w bardzo wielu manuskryptach. Pomimo że Bandtkie zapoznał związek tych redakcyj, jak wykazuje *Caro (Liber canc.* 116. i *Gesch. Pol. III.* 592.), możemy śmiało przedruk Bandtkiego uważać za bardzo dobry, dlatego też nie drukujemy naszego dokumentu, zgodnego w całości z wzmiankowanym przedrukiem. Dla ścisłości jednakowoż rzeczy i wielkiej ważności tej konstytucyi, wymieniamy waryanty textu, które z waryantami kodexu oznaczonego u Bandtkiego *B. III.* najwięcej są zgodne.

Bandtkiego text str. 224	w. 7.	*saepe saepiusque,*	nasz text	*sepe sepius*
„ „ „ „	„ 8.	*meruerint*	„ „	*meruerunt*
„ „ „ „	„ 10.	*paruerint*	„ „	*paruerunt*
„ „ „ „	„ 12.	*fidei*	„ „	*et fidei*
„ „ „ „	„ 13.	*et in filios*	„ „	*in filios*
„ „ „ 225	„ 1.	*duxerint*	„ „	*duxerunt*
„ „ „ „	„ 8.	*susceperint*	„ „	*susceperunt*
„ „ „ „	„ 9.	*solennitate*	„ „	*solempmitate*
„ „ „ „	„ 15.	*concesserint*	„ „	*concesserunt*
„ „ „ „	„ 19.	*omnium*	„ „	*omni*
„ „ „ 226	„ 6.	*vacaverint*	„ „	*vaccaverit*
„ „ „ „	„ 7, 8 i 9.	*terrigenam*	„ „	*terrigene*
„ „ „ „	„ 23.	*contigerit*	„ „	*contingerit*
„ „ „ 227	„ 5.	*nostrum*	„ „	*ipsum*
„ „ „ „	„ 11.	*eminentie, captivaverit*	„ „	*eminencie fuerit, etc.*
„ „ „ „	„ 20.	*se offerente*	„ „	*offerente*
„ „ „ 228	„ 7.	*soluti*	„ „	*sint soluti*
„ „ „ „	„ 12.	*cudimus*	„ „	*cussimus*
„ „ „ 229	„ 14.	*quietet*	„ „	*quittet*
„ „ „ „	„ 24.	*institionarium*	„ „	*iusticiarium*
„ „ „ 231	„ 3.	*regni nostri Poloniae*	„ „	*regni Polonie*
„ „ „ „	„ 8.	*incolae*	„ „	*regnicole*
„ „ „ „	„ 22.	*seu*	„ „	*vel*
„ „ „ 232	„ 5.	*per alios, vel subscribas, vel surrogandos, resideant*	„ „	*per aliquos surrogandos, vel subscribas resideant.*
„ „ „ „	„ 10.	*assiduis est conferendum*	„ „	*assiduis conferrenda sint affecta*
„ „ „ „	„ 24.	*octavam*	„ „	*octavas*
„ „ „ „	„ 18.	*Szafranice,*	„ „	*Schuffranecz,*
„ „ „ 233	„ 1.	*Żaręba,*	„ „	*Zaramba,*
„ „ „ „	„ 3.	*Brzezensi*	„ „	*Brestensi,*
„ „ „ „	„ 3.	*Kretkow*	„ „	*Cretheowo,*
„ „ „ „	„ 4.	*Warschio*	„ „	*Warssio.*
„ „ „ „	„ 4.	*Slodczy Malogostensi*	„ „	*Slodzici Malogostiensi.*
„ „ „ „	„ 6.	*Gozdna Brestensi,*	„ „	*Goszdna Brezenzi*
„ „ „ „	„ 8.	*Korczbok*	„ „	*Cordebog*
„ „ „ „	„ 9.	*Lublin*	„ „	*Lubin*
„ „ „ „	„ 11.	*Abraha de Sbąszyn*	„ „	*Abrahe de Sbanschin*
„ „ „ „	„ 13.	*Charbniowice*	„ „	*Charbinowicze*
„ „ „ „	„ 14.	*Kościelec*	„ „	*Cosczelecz*
„ „ „ „	„ 14.	*Strynkowski*	„ „	*Strykowski.*
„ „ „ 234	„ 1.	*militibus*	„ „	*militibus nobilibus*

LV.

W Zubrzy 4. Maja 1433 r.

Wincenty z Szamotuł, kasztelan międzyrzecki i starosta ruski i Dobko ze Sprowy, podkomorzy ruski, poświadczają, że na rozkaz króla odgraniczyli wsie Zubrzę i Sołonkę.

Nos Wincencius de Schamotuli, castellanus Myedzyreczhiensis et capitaneus terre Russie generalis et Dobko de Zprowa, subcamerarius prefate terre Russie eciam generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo ex speciali commisso serenissimi principis et domini, domini Wladislai Dei gracia Regis Polonie, nostri domini graciosi, descendentes certis die et tempore, limitavimus granicies inter villas infrascriptas videlicet Zubrzs ab una et Solonka parte ab altera et iussimus sippari scopulos, wlgariter suczhicze, inter villas predictas incipiendo a graniciebus ville Szirawka et a palude, wlgariter dicta Tyrsczhana loza, alcius lacubellis, wlgariter Geshorek, directe scopulos sippando usque ad granicies ville Sokolniki [1]) se protendentes. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum in Zubrzs feria secunda ipso die beati Floriani anno domini millesimo CCCC⁰ XXXIII⁰, presentibus ibidem strenuis et nobilibus viris, dominis Stanislao in Dauidow Iudice, Iohanne in Wynniki Vexillifero Leopoliensibus, Thoma in Kal alias Kalsky, Iohanne in Hermanow heredibus, Iohanne Vexilliferi predicti, Ioschkone Iudicis prefati filiis et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa. Scriptum de manu Alberti Pauli de Padwa publici Notarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 138. U dołu zawieszona na rzemyku pergaminowym pieczęć woskowa z herbem Nałęcz, z napisem: VINCENCIUS DE SAMOTHVLI; po drugiej pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy.

---

[1]) Zubrza, Sołonka, Sokolniki, wsie w pobliżu Lwowa.

LVI.

W Srokach 9. Maja 1433 r.

Wincenty z Szamotuł, kasztelan międzyrzecki i starosta ruski i Dobko ze Sprowy, podkomorzy ruski, ustanawiają z polecenia królewskiego granicę między wsiami Prusy i Sroki.

Nos Wincencius de Schamotuli, castellanus Medzirecensis, capitaneus terre Russie generalis et Dobko de Zprowa, subcamerarius terre Russie generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presencium noticiam habituris: quomodo ex speciali commisso certo tenore literarum nobis facto per serenissimum principem dominum Wladislaum Dei gracia Regem Polonie, nobis dominum graciosum, descendentes certis die et tempore, fecimus limitacionem granicierum inter villas infrascriptas, videlicet Prussi ab una et Soroki [1]) parte ab altera, precipientes et signantes sipari scopulos, soli propriis in personis precedendo equitantes, incipiendo a graniciebus ville Szidathiczhe per longum campum, quod mediat inter villas predictas, pro quo alias fiebat controversia ab incolis villarum predictarum directe usque ad paludem, quem inundat, vulgariter Zalewa, piscina regalis in Prussi sita, et trans paludem eandem usque ad tres altos alvos, vulgariter olschee, facientes excepcionem et protestacionem, quod hec granicierum limitacio, usque talem paludem predictam facta, non debet preiudicare piscine regali predicte, que inundat dictam paludem ultra scopulos in predicta paludine (*sic*) locatos pro graniciebus, ... [2]) tam longum et latum, ad quam remote et late poterit inundare versus et in villam Soroki; quamquidem granicierum limitacionem, scopulis predictis consignatam, et ipsos scopulos, vigore serenissimi principis domini nostri Regis predicti, ratificamus, approbamus et volumus robur perpetue firmitatis obtinere. Actum in Campo predicto et datum in Soroki sabbatho in crastino beati Stanislai tempore Maii anno domini MCCCCXXXIII, nostris sigillis in testimonium presentibus subappensis; circa premissa fuere testes infrascripti: strenuus et nobiles domini: Stanislaus in Davidow Iudex terre Leopoliensis, Iohannes in Zubrzs, Iohannes Kay in Mylyathin, Stanislaus Kay in Szelechow, Preczlaus in Lyeshecz Woyewoda castri Leopoliensis et Iwo Czharnows in Byelka, heredes, et alii quamplures fide digni estes ad premissa.

Oryginał pergaminowy znajduje się w posiadaniu p. Kazimierza Laskowskiego. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, które zaginęły.

---

[1]) Prusy i Sroki, wsie w pobliżu Lwowa. [2]) Dwie lub trzy litery zupełnie nieczytelne.

LVII.

W Sandomierzu 17. Lutego 1434 r.

Władysław Jagiełło nadaje Ormianom lwowskim prawo robienia testamentów bez wszelkich przeszkód.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Litwanieque princeps suppremus et heres Russie etc. Iwanis (*sic*) advocato Armenorum Leopoliensium, aut alteri pro tempore existenti, graciam nostram. Armene noster. Ad instanciam peticionis, hodie nobis ex parte omnium Armenorum hic oblate, omnes et singulos Armenos nostros Leopolienses in iuribus et consuetudinibus ipsorum antiquis, in quibus usque huc intacti fuerunt observati, volentes de favore nostro speciali conservare, decernimus, quod nullus Armenus, sive alter quicunque indigena sive extraneus, audeat sive presumat testamentum ultime voluntatis predictorum Armenorum seu alterius ipsorum, dum et quociens id acciderit, impedire. Quod si aliquis impediens testamentum huiusmodi extreme voluntatis predictorum Armenorum seu alterius ipsorum occurreret, mandamus tibi, quatinus deinceps ipsum sive ipsos ad repetendam et impediendam talismodi extremam voluntatem non admittas, imo in antiqua consuetudine ipsos Armenos et quemlibet ipsorum, qua (*sic*) usque modo usi sunt in faciendis et exequendis huiusmodi testamentis, conserves et executores dictorum testamentorum impetere non permittas. Deinceps gracie nostre sub obtentu aliter non facturus. Datum Sandomirie feria quarta proxima post dominicam Invocavit anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Wydrukowano według kopii z końca XV. wieku, podanej w potwierdzeniu Władysława Warneńczyka z r. 1440 w kopiaryuszu lwowskim w arch. miasta Lwowa III. A. 223, str. 58 i 59. Potwierdzenie to zobacz niżej nr. LXXIX. Dokument ten drukował już poprzednio *Bischoff*: *Urkunden zur Geschichte der Armenier* str. 15 i 16 według potwierdzenia Zygmunta I. z r. 1509.

LVIII.

We Lwowie 9. Czerwca 1434 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że między Andrzejem i synem jego Piotrem a Dorotą wdową po Andrzeju Kloperze stanął układ o część gruntu zakupioną przez dwóch pierwszych od jej męża.

Wir Ratmanne der Stat Lemburg: Niclas Schultis, dy czeit Burgermeyster, Ianuschco, Niclas Scheler, Matis Czedlicz, Michel Tempil, Petir Schrope Czeugen mit desim Brife

allin vnd iczlichin, den is notdorft ist, daz vor vns in zitczendem Rate komen ist Andrze und sein zon Pyeter, der Toguntsamen Dorotheen Andris Cloppers zeligis gedechtnis Witwe gebawere, vnd habin bekanth, daz ze bey des selben Andris Cloppers czeiten, alz her dennoch lebete, eyne halbe Hube erbis hatten gekawft, dy do gelegen ist vor dem heydnischem tore, bey seynem vorwerke, czu neste dem acker den Andris Clopper Petir Swertfegern hat abegekauft; von welchir halbin huben dy egenanten Andrzey vnd Pyotr pflichtig wurdin, czu beczahlin eyn halbe marg polnisch czu czinse alle Ior Ierlich; dornoch der egenante Andrzey hat dem vorgenanten Andris cloppern entwichin vnd ofgelossin mit gutten freyen willen den weyngarten off dem egeschreben erbe gelegin, den Andris clopper hat lossin bawen, alz weyt vnd lange her hat begriffen; derkegen Andris clopper dem vorgenanten Andrzeyen seinen Kindern vnd nochkomelingen hat dir lossin eynen polnischen firdung Ioreczins czu ewigen tagen. Vnd nv abir vor unsirs Ratis Keigenwurtiget steende der egenante Andrzey vnd Pyetrze, sein zon, mit freyen willen vmbeewungen habin abgetreten vnd entwichin der vorgenanten frawen Dorotheen clopperynnen den obengeschreben Weyngarten, alze lang vnd breyt derselbe weyngarthe hat begryffen, entweychende auch doreczu ewiclichin zo vil erbis off derselben halbin huben, alz vil dy selbe frawe Dorothea clopperynn vnd ire erbin adir nochkomelinge werden weyngarten mogen bawen vnd besetezen czu irem noteze, vnd alz vil ze andirn personen wirt geben czu bawen noch der lenge vnd breyte vor sich vnd hinder sich. Daz allis habin dy oft genantem Andrze vnd pyetrze abegetreten ewiclich vnd entwichin, globende dy egenante frawe dorothea cloperynne yre Kinder vnd alle nochkomelinge nymmer dorynne anczulangen noch gehindirn czu ewigen tagen, noch durch sich noch durch keyne seine kindere, adir mogen dy do iczunt sein, adir hernochmols czukunftig mochten werden. Derkegen dy oftgenante frawe Dorothea clopperynne hat auch ewiclich entwichin dim vorgenanten Andrzeyen vnd Pyetrzen vnd allin andirn iren geerbin vnd nochkomelingen eyn halben polnischin firdung Ioreczins, Alzo daz derselbe Andrzey vnd seine Kindere vnd nochkomelinge der egenanten frawen clopperynne vnd iren nochkomelingen nicht mer, wen eyn halben polnischen firdung werdin pflichtig sein czu beczalen alle ior czu czinse von des obengeschrebin erbes wegin. Gegebin in der Lemburg an der Mitwoch neste vor sinte Viti in dem Iore gotis Tawsent virhundirs in dem vir vnd dreyssigsten Iore mit vnsirm Statsegil desim brife angehangen.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 141. U dołu na odcinku pergaminowym zawieszona woskowa pieczęć radziecka. Na drugiej stronie napis następujący: *Cessio fundi certi in Cleparow ante portam dictam Okopisko żydowskie.*

LIX.

W Wiślicy 29. Czerwca 1434 r.

Jan ze Sprowy sędzia i Jan z Konina podsędek ziemscy sandomirscy poświadczają, że Henryk z Jurkowa sprzedaje Stanisławowi z Gorzyc wieś Stropieszyn.

Nos Iohannes de Sprowa iudex et Iohannes de Konyn subiudex terre Sandomiriensis generales significamus tam presentibus quam futuris, quibus expedit, presencium per tenorem: quomodo nobilis Henricus de Iurkow, coram iudicio terrestri personaliter comparendo, recognovit vendidisse villam dictam Stropyesyn[1]) cum omni iure et dominio, cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, reditibus, agris, campis, pratis, pascuis, gaiis, rubetis, silvis, borris, fluviis, piscinis, aquis et earum decursibus, molendinis et cum universis pertinenciis, veluti ad predictam villam spectant et pertinent, nichil excludendo, et cum seminibus insertis, strenuo domino Stanislao de Gorzycze pro ducentis marcis pecuniarum, monete et numeri Polonicalis, resignavit perpetue et eviterne sub tali condicione: si a festo Nativitatis domini proximo in duobus annis idem Henricus memoratam villam vellet rehabere, ex tunc, dando centum marcas, ipsam villam ab eodem domino Stanislao poterit exemere; et ipse dominus Stanislaus recipiendo centum marcas debebit condescendere de eadem villa et similiter semina restituere debet; sed si idem Henricus in duobus annis ad tempus predictum non daret centum marcas, tunc ipse dominus Stanislaus aliud centum marcas ipsi Henrico dabit et ipsam villam tunc possidebit temporibus perpetuis, et idem Henricus eundem dominum Stanislaum debet intercedere a qualibet persona pro eadem villa et a sua matre iuxta iuris formam. Harum quibus in testimonium sigilla presentibus nostra sunt appensa. Datum Wislicie feria tercia in die Sanctorum Petri et Pauli apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, presentibus hys dominis Iohanne de Gora, Philippo de Chroberz, Stanislao et Michaele de Slota, Stanislao de Mlodzowi et Stephano de Mosgawa ac aliis pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy znajduje się w Zakł. nar. imienia Ossolińskich. Pieczęci oderwane, zostały tylko dwa pergaminowe paski.

---

[1]) Stropieszyn, zobacz Długosz, *Liber Benef.* II. 146, 419 i 420.

LX.

We Lwowie 15. Września 1434 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają jako między Mikołajem Scholtis a Katarzyną Teufelin, wdową po Arnoldzie vom Loe, stanął układ o cztery ogrody za bramą Halicką.

Wir Rotmanne der Stat Lemburg: Iannscheo Tolmacz, dy czeit Burgermeister, Mathis czedlicz, Niclas scheler, Michel Tempel, Petir schrope Thun czu wissin mit desim briffe allin vnd iclichen, den is notdorft ist, das vor vns in ziczendem Rote komen sein keigenwurtig dy erbarn vorrichtisleute Iurge Gobil, Hannos Trautfreulen, Niclas czornberg, Swarcz Niclas, Hannos Becke vnd Petir Kursner vom Sambor vnd haben eyne sulche vorrichtunge bekandt, dy se gemacht habin czwischin Niclas Scholtis, unsirs Rothis metebruder, an eyme vnd frawen Kaszen tewfelynne, Arnoldis vom Loe witwe, von dem andirn teyle von vire garten wegen, dy Niclas Scholtis vor czeiten hat gekauft, wedir Olbrecht buchholcz gelegen vor dem Galczischen tore in den huben, dy do sein gewest Arnoldis vom Loe, vnd nu dy selbin huben Paul Gerber hat gekauft wedir dy egenante frawe Kasze; Alzo das Niclas Scholtis weizete brife von der frawen buchholczynne, das her hete dy selbin vir garten frey gekauft vnd frey gehalden bis of dese czeit, Sunder frawe Kasze wolde ein der selbin garten nicht frey lossin, dorume dy egenanten vorrichtisleute durch gutis fredes willen haben eyn sulch mittel funden mit beyder Garten willin vnd zoworthe, das Niclas Scholtis hot gegebin vnd geantwart der frawen Kaszen eyn halb engelisch tuch vnd her sal ir auch pflichtig sein, czu geben czu czinse eynen polnischen firdung alle ior off Sinte Martini von derselbin vir garten wegen. Zo habin sich beyde teile auch mit freyen willin dergeben vnd vorpflichtiget, das Niclas Scholtis vnd seyne erben vnd nochkomelinge sullen noch der egenanten frawen Kaszen tode den egenanten czins, das ist eynen polniszen firdung, alle ior off sinte Martini schuldig sein czu gebin ewiclich czu eyner speize den armen lewten in dem lemburgeszen Spittel in dy hende des Rotis. Das auch zugenomen, Das der egenante Paul Gerber vnd alle seine nochkomelinge sullen den vorgenanten Niclas Scholtis vnd seine nochkomelinge czu ewigen tagen vortreten mit dem erbe, das derselbe Paul gekauft hat wedir dy egenante Kasze vor allen czins vnd vor alle beczalunge, dy do mogen gefallin von der obengeschrebin vir garten wegen, alzo das Niclas Scholtis vnd alle seine nochkomelinge sullen von allir gebunge allir vnd iclicher czinse geistlich vnd wertlich frey und ledig seyn czu ewigen

tagen von derselbin vir Garten wegin. Gegebin am Mitwoch nehst vor sinte Mathei tage des heiligen czwelfboten vnd Ewangelisten, In dem Iore Gotis Tausent vir hundert in dem vir und dreyssigsten Iore mit unsirm Statsegil desim brife angehangen.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 142. Na pasku pergaminowym wisi już potylekroć opisywana pieczęć radziecka.

LXI.

We Lwowie 1. Lutego 1435 r.

Stanisław z Dawidowa sędzia i Jan z Zimnej wody podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Dorota, żona Szymka z Bóbrki a córka Jana Zubrskiego, pokwitowała ojca swego z odebranego posagu.

Nos Stanislaus in Dauidow iudex et Iohannes in Zhymnawoda heredes subiudex Leopolienses ad noticiam omnium et singulorum deducere volumus tenore presencium mediante: quomodo in nostra personaliter constituta presencia nobilis domina Dorothea, nobilis domini Schimkonis de Bobrka [1]) conthoralis, filia domini Johannis Zubrsky, sana mente existens et compos racionis, recognovit ultronee, quod pater suus predictus, videlicet dominus Iohannes Zubrsky, satisfecit sibi pro dote, wlgariter posaag, prout et aliis suis sororibus satisfecit et subiunxit, quod non habent materna bona apud patrem suum predictum et hoc ipsum prefatus pater suus pro tunc coram nobis personaliter asserebat. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Leopoli feria tercia in vigilia Purificacionis beate Marie virginis gloriose anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, presentibus ibidem magnifico, honorabili et nobilibus viris dominis Wincencio de Schamotuli Castellano Medzirzecensi et Capitaneo terre Russie Generali, Stanislao Herpischka Decano Leopoliensi, Nicolao in Panchow, Nicolao in Mszurow, Stankhone in Dawidow heredibus, Stanislao familiari domini capitanei memorati et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa. Scriptum de manu Alberti Notarii capitanei prefati.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 143. U dołu na rzemykach pergaminowych wiszą dwie pieczęci woskowe z herbami Prus II[do] Dawidowskich i Gryf Zimnowodzkich.

---

[1]) Bóbrka, wieś w powiecie liskim, o 1½ mili od Liska.

LXII.

We Lwowie 9. Lutego 1435 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że Jan młodszy ze Śniatyna, mieszczanin lwowski, zobowiązał się za Niklina, synowca swego a syna starszego Jana ze Śniatyna, opłacać pewne daniny Janowi Zubrskiemu z 2 ½ łana we wsi Zubrzy.

Nos Consules civitatis Leopoliensis Ianuschko, Nicolaus sculteti, Mathias Czedlicz, Nicolaus Scheler, Michael Tempel, Petrus Schrope recognoscimus per presentes: quod in nostri consulatus presencia constitutus iuvenis Iohannes de Snatin, concivis noster, fideiussit promisitque pro Niclino, ipsius filiastro, scilicet filio antiqui Iohannis de Snatin, quod debet et tenetur de duobus cum medio mansis seu laneis, in fine ville Zubrza ex opposito curie nobilis domini Iohannis Zubrsky situatis, solvere pro censu singulis annis, quibus expedicio bellorum extiterit, eidem domino Iohanni Zubrsky quinque marcas, monete et numeri Polonicalium, minus uno fertone Polonico et duos cum medio truncos avene, videlicet medietatem earum pecuniarum ad festum sancti Iohannis baptiste, alteram vero medietatem earundem ad festum sancti Martini. In quocunque autem anno non fuerit expedicio bellorum, eodem anno prefatus Iohannes de Snatin pro eodem Niclino quatuor marcas Polonici ponderis cum sex magnis grossis et predictos duos cum medio truncos avene de predictis laneis prefato domino Iohanni Zubrsky dare et solvere sit dumtaxat astrictus. In respectum vero prefati census predictus dominus Iohannes Zubrsky ibidem coram nobis, in consilio presidentibus, prefato Iohanni iuveni de Snatin et ipsius filiastro Nicolino hysque, quibus interest, eorumque colonis seu kmethonibus, in predictis laneis habitantibus seu in futurum habitandis, ab omnibus solucionibus, expedicionibus, taxis, exaccionibus, collecturis, depactacionibus, daciis, laboribus, araturis ab omnibusque et singulis oneribus, quibuscunque possunt censeri nominibus, dedit et contulit perpetuis temporibus libertatem, ut scilicet ipsi Iohannes de Snatin et Niclinus eorumque heredes et successores legittimi ab hys omnibus sint liberi perpetue et exempti; regalibus tamen iuribus, utpote podympne seu poradlne, exceptis, ad que predicti Iohannes de Snatin et Niclinus ac possesores predictorum laneorum solvere teneantur. Datum in pretorio Leopoliensi feria quarta ipso sancte Appolonie anno domini MCCCCXXX quinto predicte civitatis Leopoliensis sigillo presentibus appenso.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 144. U dołu wisi na rzemyku pergaminowym woskowa pieczęć radziecka.

LXIII.

We Lwowie 2. Września 1435 r.

Stanisław z Dawidowa sędzia i Jan z Zimnejwody podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, iż Jadwiga, córka Jana Zubrskiego, pokwitowała ojca swego z odebrania części ojczystej i matczynej.

Nos Stanislaus in Dauidow iudex et Iohannes in Zymna Woda heredes subiudex Leopolienses notificamus, quibus expedit, universis et singulis, presencium tenore mediante: quomodo in nostri et nostrorum assessorum personaliter constituta presencia nobilis Hedwigis, filia nobilis domini Iohannis Zubrsky, sana corpore et compos existens racionis, non compulsa, non coacta, sed de mera et propria voluntate recognovit: quod pater suus, predictus dominus Iohannes Zubrsky, pro paternalibus et maternalibus bonis omnimodam sibi fecit satisfaccionem et fassa est nullum ius se habere ad paterna et materna bona predicta et fecit liberum prefatum patrem suum et solutum pro predictis bonis in perpetuum. Harum quibus nostra sigilla presentibus sunt appensa testimonio literarum. Actum et datum in Leopoli feria sexta in crastino beati Egidii anno domini millesimo CCCC° XXXV°, presentibus ibidem nobilibus dominis Iohanne in Wynniki Vexillifero, Preczslao in Leshecz Woyewoda Leopoliensibus, Iohanne in Dmitrouicze, Nicolao Potrzano in Sulimow, Ioshkone in Dauidow filio Iudicis Leopoliensis heredibus et famoso Ianussio cive Leopoliensi et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 145. Dwie pieczęci oderwane, tylko paski pergaminowe pozostały.

LXIV.

W Krakowie 7. Października 1435 r.

Władysław Warneńczyk nakazuje wszystkim urzędnikom Rusi, ażeby nie pozwalali kupcom, jadącym z towarami omijać miasta Lwowa i szlachcie ustanawiać u siebie nowych ceł.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie etc. universis et singulis terrarum Russie capitaneis, burgrabiis, tenutariis, procuratoribus, viceprocuratoribus, voyewodis, theolonatoribus, pasuum locorumve custodibus ac quibusvis officialibus et subditis eorumque vicesge-

rentibus, presentibus requirendis, fidelibus dilectis graciam regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti. Certa auribus nostris inculcavit relacio, quomodo nonnulli mercatores et vectores, spretis stratis publicis abiectisque viis solitis consuetis, versus civitatem nostram Leopoliensem proficisci ab antiquo positis et statutis, viis insolitis et inconswetis proficiscerentur et ambularent, ipsamque civitatem Leopoliensem assidue preterirent, in eius et nostrorum theoloneorum preiudicium et iacturam; quodque nonnulli nobiles et terrigene, nullis penitus iuribus habitis et obtentis, in eorum hereditatibus nowas et nunquam ab antiqua consuetudine et institucione fieri solitas theoloneorum et poncium sibi excogitarent et facerent daciones, in tocius reipublice magnum nocumentum atque dampnum; et quia dive memorie carissimus genitor noster, feliciter agens in humanis, ista admittere noluit, ymo exacte prohibuit, prout ex literis suis, quas dicti cives Leopolienses habent perdocti sumus: quare et nos more eiusdem genitoris nostri amantissimi, nolentes, ut ista fient tempore nostro, vobis et vestrum cuilibet de consilio consiliariorum et tutorum nostrorum, in presenti convencione generali Craconiensi nobiscum constitutorum, stricte mandamus, nulla volentes carere racione: quatenus, visis presentibus, in foris, ecclesiis, locis, in quibus maior concurreret hominum multitudo, publice proclamare et prohibere debeatis, ne quispiam viis nowis insolitis et inconswetis proficiscatur ipsamque civitatem Leopoliensem, spretis viis antiquis, oblique et indirecte preterire audeat, quodque nullus penitus, iuribus de et super theoloneis nowis statuendis non obtentis, huiusmodi thelonea excogitata tollere non presumant: inhibentes, si quis autem premissis ausu temerario contrarie presumpserit, ipsum corripere, castigare et in bonis arestare et detinere debeatis, quociens oblique proficisceretur et transiret, arestata omnia civibus Leopoliensibus presentantes conservanda, secus pro gracia nostra non facturi. Datum Craconie feria sexta proxima post festum Francisci anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Ad relacionem magnifici Iohannis de Coneczpole
Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa nr. 146. U dołu na pergaminie ślad wyciśniętej woskowej pieczęci z herbami orłem i pogonią.

LXV.

We Lwowie 19. Stycznia 1436 r.

Stanisław z Dawidowa sędzia i Jan Gołąbek z Zimnej Wody podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Katarzyna, córka Jana Zubrskiego, odstąpiła ojcu i bratu swemu przynależną sobie po ojcu i matce część Zubrzy.

Nos Stanislaus de Dauidow iudex et Iohannes Golambek de Zymnawoda subiudex terre Leopoliensis generales ad noticiam omnium et singulorum deducere volumus, tenore presencium mediante: quomodo in nostra et nostrorum assessorum personaliter constituta presencia nobilis Katherina virgo, filia nobilis domini Iohannis Zubrsky, non compulsa, non coacta nec aliquo dolo circumventa, sana existens mente et corpore, deliberato animo, cessit predicto domino Iohanni patri suo de paternalibus et maternalibus bonis in villa Zubrza, in districtu Leopoliensi syta, et fratri suo germano in perpetuum taliter, prout et alie sorores ipsius germane, viris tradite, cesserunt de eisdem. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Leopoli feria quinta in vigilia beatorum Sebastiani et Fabiani martyrum anno domini M° CCCC XXX VI, presentibus ibidem nobilibus dominis Iohanne in Winnyki Vexillifero Leopoliensi, Iohanne Labantha in Szukow, Iohanne in Hermanow, Ioschkone filio domini iudicis Leopoliensis in Dauidow, Nicolao in Iasczhaw heredibus et provido Gregorio Armeno Leopoliensi, olim Iwanis divitis previgno et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 147. Na rzemykach pergaminowych wiszą dwie herbowe pieczęci z wosku Dawidowskich Prus II^do^ i Zimnowodzkich Gryf.

LXVI.

W Krakowie 10. Czerwca 1436 r.

Władysław Warneńczyk zapisuje Andruszkowi księciu Ostrogskiemu 100 grzywien na żupach w Drohobyczu.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo consideratis multiplicium meritorum studiosis obsequiis preclari principis ducis Andruschkonis de Ostrog,

quibus se nobis promptum exhibuit in serviciis maiestatis nostre et paratum horum intuitu volentes ipsum graciarum nostrarum prosequi favoribus et ad ulteriora plus reddere prompciorem, sibi de consilio nostrorum consiliariorum centum marcas pecunie Polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, in et super zuppis nostris Drohobiciensibus dedimus, donavimus, damus, donamus presentibus et largimur ad nostri dumtaxat beneplaciti voluntatem. Quocirca tibi Ianota *(sic)*, zuppario nostro, aut aliis pro tempore existentibus, firmis nostris regalibus damus in mandatis, quatenus expresso duci Andruschkoni ipsius centum marcas exsolvendo, quibuslibet quatuor temporibus vigintiquinque marcas pecunie numeri et ponderis quo supra des et designes, ad nostrarum pecuniarum racionem receptis a ipso post quamlibet solucionem recognicionibus, quas tibi per nostros raciocinistas in racionem poni faciemus, omnibus procul motis dilacionibus, secus facere non ausurus. Datum Cracouie die dominica infra octavam Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, sigillo nostro subappenso.

Ad relacionem magnifici Iohannis de Coneczpole
Regni Polonie Cancellarii Supremi etc.

Oryginał na pergaminie znajduje się w Zakł. nar. im. Ossolińskich. Pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy.

LXVII.

We Lwowie 7. Września 1436 r.

Fryderyk Herburtowicz z Fulsztyna oznajmia, że, kupiwszy we Lwowie dom murowany przy ulicy Żydowskiej od Małgorzaty, wdowy po Dominiku Mingelbei, będzie ponosił wszystkie ciężary, jakie ponoszą inni mieszczanie lwowscy.

Fredricus Herbortowicz de Folsteyn recognosco tenore presencium, quibus expedit, universis: quod, cum ego domum seu curiam in civitate Leopoliensi, in plathea Iudeorum penes domum seu curiam olim Iohannis Sternberg fundamentaliter sitam, aput dominam Margaretham, relictam Dominici Myngelbey, emissem, quam domum eadem domina Margaretha michi coram bannito iudicio iuridice resignavit, propter quod ego me obligo et presentibus promitto fideliterque pollicior *(sic)*: quod ego et heredes mei ac successores mei legittimi seu incole eiusdem domus de eadem domo et curia omnia iura civilia, exacciones, vigilaturas aliaque omnia et singula tributa et dacias, quibuscumque vocitentur nominibus, dare et solvere tenebimur et debebimus ad similitudinem aliorum civium Le-

opoliensium, contradiccionibus quibuslibet proculmotis; isto eciam inibi expresso, quod si me aut heredes meos et successores meos legittimos predictam domum seu curiam vendere contingat, extunc nulli alteri hominum, nisi civi Leopoliensi debebimus venumdare. Harum quibus sigillum meum presentibus est appensum. Datum in Leopoli feria sexta in vigilia Nativitatis sancte Marie anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 148. U dołu na okrawku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa Herburta taka sama, jak u Niesieckiego IV. 347.

LXVIII.

W Krakowie 1. Marca 1437 r.

Gumpert z Berawy i Piotr z Lubszy jako rozjemcy poświadczają, że pomiędzy Janem z Zubrzy i Pawłem Gawronkiem, rodzonym jego bratem, stanął podział majątkowy.

Nos Gumperthus de Berawa et Petrus de Lubscha[1]), tamquam arbitri sive amicabiles compositores per nobiles Iohannem de Zubrza ex una et Paulum Gawronek, fratrem suum germanum, ab altera partibus specialiter electi et deputati, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo de consensu et voluntate parcium predictarum unanimi racione omnium differenciarum, licium, odiorum et displicenciarum, inter easdem partes quomodolibet exortarum, talem fecimus concordiam, videlicet quod omnes lites sive cause, que coram iudicio Leopoliensi inde et super quibusdam certis bonis, post mortem amicorum suorum qualitercumque derelictis, ac eciam omnes alie cause, que racione quorumcumque bonorum hereditariorum ac pecuniarum summis inter easdem partes movebantur, mortue fore debent, ipsasque per hanc nostram sentenciam diffinitivam in perpetuum mortificamus, ita, quod huiusmodi lites sive cause, nullo exquisito ingenio, sibi in futurum memorare, obicere nec iura movere pro eisdem debent sub fidei et honoris eorum amissione, sed huiusmodi nostram concordiam inviolabiliter eviterne observare, illo tamen non obmisso, quod prefatus Iohannes Zubrzky predicto Paulo fratri suo triginta marcas ad terminum per nos prefixum, sub pena superius, vallata absque omni contradiccione dare et solvere debet, per ampliusque se alterutrim fraternis favoribus ac caritate pure fidei amplecti et

---

[1]) Ten *Gumpertus de Berawa* jest to nazwany w dok. nr. LXIX. *Gumpracht Capitaneus Strelczensis; Petrus de Lubscha* zaś jest to *Petrus Cancellarius Bernhardi Ducis* (na Falkenbergu i Strzelczu w Szlązku). Porównaj w ogóle co do tych osób notę, dodaną do dokumentu nr. LXIX., a co do Pawła Gawronka jeszcze dok. nr. LXXI.

prosequi debent, prout hoc ipsum ex innato sanguine facere obligati existunt. Actum et datum Cracouie feria sexta proxima ante dominicam Oculi anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, nostris sigillis in fidem et testimonium omnium premissorum presentibus subappensis.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Lwowa nr. 150. Z dwóch na pergaminowych paskach zawieszonych pieczęci pierwsza Guntera z Berawy wraz z paskiem oderwana, druga Piotra z Lubszy przedstawia gwiazdę o ośmiu promieniach.

LXIX.

W Krakowie 1. Marca 1437 r.

Wincenty z Szamotuł, kasztelan międzyrzecki i starosta ruski, poświadcza, że Gumprecht, starosta strzelecki, i Piotr, kanclerz ks. Bernarda, zeznali, iż ułożyli zgodę pomiędzy Janem Zubrskim i Pawłem Gawronkiem, rodzonymi braćmi z Bierawy.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wincentius de Schamotuli, castellanus Myedzyrzeczensis et capitaneus terre Russie generalis, significamus tenore presencium, ad quos presens scriptum pervenerit, quod ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum nobiles Gumprachth, capitaneus Strelczensis et Petrus, cancellarius illustris principis domini Bernhardi, Dei gracia ducis [1]), venientes presenciam, coram nobis publice profitentes recognoverunt: quomodo nobiles dominos Iohannem Zubrsky et Paulum Gawronek, germanos fratres de Byerawa, inter ipsos adversas causas, sint parwe vel magne, cassaverint et concordaverint pro omnibus rebus vel causis, que inter prelibatos Iohannem Zubrsky et Paulum Gawronek, fratres germanos, sunt orte vel quovis modo poterint oriri, sedaverunt et concordaverunt tam pro hys, que post mortem aliquorum amicorum cesserunt vel in futurum cedere debent, promittentes predicti nobiles Iohannes Zubrsky et Paulus Gawronek invencionem et concordiam dominorum sumiter tenere et observare

[1]) Ten książe Bernard jest to niewątpliwie Bernard z książąt Opolskich książe na Falkenbergu i Strzelczu (Gross-Strehlitz), który miał za żonę Jadwigę Melsztyńską i umarł r. 1155 (a nie 1435 jak napisał *Lux: Schlesische Fürstenbilder des Mittelalters*, tablica genealogiczna nr. II). Zobacz *Sommersberg: Silesiacarum rerum Scriptores* tom I. pag. 666 i 667 i nota 120 i 123. Ów *Gumpracht* zatem jest starostą z Strzelcza, a Piotr kanclerzem tego księcia. Bliższe szczegóły o tym Gumprachcie (*Gumprecht von der Boraw, Haubtmann zu Strzelicz*) znaleść można w *Cod. dipl. Silesiae* tom VI. str. 50 i nast.; o Pawle Gawronku (*Paschke Gawronke*) tamże str. 51 nast.; o kanclerzu Piotrze (*Peter von der Lubscha des Herzogs Schreiber*) tamże str. 59. nast. Porównaj dok. nr. LXVIII.

sub fide et honore perpetue et in evum. Imponentes eciam prefatis Iohanni Zubrsky et Paulo Gawronek de Byerawa et pueris ipsorum legittimis perpetuum silencium ex utraque parte, demum nos Wincentius, capitaneus prescriptus, illa exaudientes de consensu dominorum infra scriptorum presentem recognicionem sigillo nostro iussimus communiri presentibus appendendo. Cui Paulo prefatus Iohannes Zubrsky pro omnibus bonis, que habuerint vel in posterum habere viderentur, tam pro hys, que post mortem bona aliquorum amicorum optinuerint (*sic*) vel optineri (*sic*) poterint, debet solvere triginta marcas currentis monete cum effectu. In cuius rei testimonium et in mayorem evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Cracouie feria sexta proxima ante dominicam Oculi quadragesimalem anno domini M° CCCC° XXX septimo presentibus magnificis et strenuis dominis Iohanne de Czyszewo Pallatino Cracouiensi, Warschio Zawichosthyensi, Spythkone de Melsthyno Beczensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw et aliis quam pluribus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 149. U dołu pieczęć woskowa z herbem Nałęcz, zawieszona na rzemyku pergaminowym.

LXX.

W Krakowie 3. Marca 1437 r.

Władysław Warneńczyk przyznaje Janowi Zubrskiemu prawo osadzenia wsi Skniłowa i posiadania wójtostwa tamże.

Wladislaus Dei gratia Rex Polonie Lithvanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: Quomodo accedens ad nostram prelatorumque et baronum nostrorum presenciam reverendus in Christo pater dominus Wladislaus, episcopus Wladislauiensis, nobili Iohanne Zubrzski sibi assistente, fassus est et recognovit, quomodo olim serenissimus princeps dominus Wladislaus, clare memorie Polonie Rex, genitor noster amantissimus, dum vixisset in humanis, utilitates sui regni volens adaugere, prefato Iohanni Zubrzski locandi villam Crnilow[1]) dictam, in districtu Leopoliensi sitam, plenam concesserat facultatem, eidem Iohanni racione locacionis ville predicte sculteciam in eadem villa assignando, omnibusque hominibus eam inhabitari et locari in eadem volentibus in sylvis viginti et in mericis duodecim annos continuo se sequentes, ab omnibus laboribus, censibus et solucionibus quibuscunque omnimodam conce-

[1]) Skniłów i Skniłówek, wsie pod Lwowem.

dendo libertatem; quod autem eiusdem parentis nostri tunc privilegium perpetuitatis, super huiusmodi locacione ville et scoltecie assignatum, non fuit extractum, hoc stetit per eundem dominum episcopum Wladislauiensem, tunc viceeancellarium regni, qui illud dare et expedire retardavit et neglexit supplicavitque celsitudini nostre idem Iohannes Zubrzski humiliter et devote, quatinus ad recognicionem eiusdem domini episcopi Wladislaviensis sibi privilegium verum super huiusmodi locacione ville et scultetie donatarum concedere dignaremur. Nos vero cum simus in hac nostre iuventutis etate minorennes nec aliquid perpetuare valentes, distulimus idem privilegium usque ad annos nostros assignare, sed nihilominus inherendo votis dicti parentis nostri dilecti, sepedicto Iohanni Zubrzski de consilio eorundem prelatorum et baronum nostrorum assensimus et presentibus assentimus iuxta concessionem eiusdem genitoris nostri locandi eandem villam et homines locandi, commorandi omnimodam potestatem eliberare, superius descriptam, ipsos homines villam iam dictam inhabitare volentibus utifrui valentes et gaudentes. Quocirca tibi Vincencio de Schamotuli, capitaneo Russie generali et pro tempore existenti, presencium committimus per tenorem, quatinus iuxta premissa prefatum Iohannem ad locandam villam iam dictam admittas, hominesque ad eam gracia inhabitandi ipsam concurrentes circa libertatem superius descriptam debeas conservare et conservari facias plene et integre harum testimonio literarum, quibus sigillum nostrum est subappensum. Datum Cracouie die dominico Oculi quadragesimali anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

Ad relacionem magnifici Iohannis de Coneczpole
Regni Polonie Cancellarii.

Oryginału dzisiaj w archiwie miasta Lwowa niebyło można odszukać. Wydrukowano go zatem według odpisu J. Wagilewicza.

LXXI.

We Lwowie 7. Czerwca 1437 r.

Stanisław z Dawidowa sędzia i Jan z Zimnej wody podsędek ziemscy lwowscy, poświadczają, że Paszko z Bierawy pokwitował Jana Zubrskiego, rodzonego swego brata, z odebrania przypadającej na niego po ojcu części spadku i innych kwot.

Nos Stanislaus de Davidow iudex nec non Iohannes de Zhymna Woda subiudex terre Leopoliensis generales significamus presentibus, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo in nostra et nostrorum assessorum

personaliter constitutus presencia nobilis Paschko de Byerawa [1]), frater nobilis domini Iohannis Zubrsky germanus, sanus corpore et compos existens racionis, non compulsus, non coactus nec aliquo errore devio seductus, sed sua ultronea voluntate recognovit libere, quod prefatum dominum Iohannem Zubrsky, fratrem suum germanum predictum, fecit et dimisit liberum a parte patrimonii et aliorum certorum bonorum ipsum Paschonem post mortem certorum consanguineorum, ut ipse Paschko asserebat, concernencium et occasione aliorum certorum negociorum, pro quibus dictus Paschko ordinaverat cittari ad instanciam sui dominum Iohannem memoratum, prout hoc in cittacionum litteris de super emanatarum plene et clare continebatur; quas dictus Paschko vult esse irritas et inanes et notas iudefe . . . tas [2]) in libro iudiciorum terrestrium Leopoliensium conscriptas, promittens bona fide ydem Paschko nunquam inquietare nec filii sui inquietabunt ymo nec inquietare debebunt dominum Iohannem Zubrsky predictum nec successores suos ad tempora perpetua. Que quidem bona patrimonii et alia superius tacta . . . . [3]) omnia et singula, in predictis cittacionibus contenta, prefatus dominus Iohannes Zubrsky et ipsius successores legittimi tenebunt, habebunt, utifruentur eis et possidebunt ipsa in perpetuum pacifice et quiete, donabunt, dabunt, alienabunt, vendent libere et commutabunt ac in usus suos beneplacitos ac ipsorum convertent, prout sibi et ipsis melius et utilius videbitur expedire. Racione cuius liberalitatis predicti nobilis Paschkonis de Bierawa prefatus dominus Iohannes Zubrsky, frater suus germanus, volens bonum bono recompensare, eidem domino Paschkoni, fratri suo predicto, dedit, donavit, assignavit triginta marcas monete et numeri Polonicalium et ad manus ipsius realiter presentavit cum effectu. In quorum omnium et singulorum fidem et evidenciam pleniorem nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum in Leopoli feria sexta in crastino octave Corporis Christi anno domini millesimo CCCC XXX septimo, presentibus ibidem magnificis, strenuis et nobilibus dominis Wolczhkone Rokuthy de Klodno Subcamerario, Iohanne de Knyehinicze Subdapifero, Nicolao de Gologori Subpincerna Leopoliensibus, Nicolao de Taleszewo Iudice, Preczslao de Leszcze Burgrabio Castri Leopoliensis, Demetrio herede in Schpiklossi et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 152. U dołu na rzemykach pergaminowych wiszą dwie pieczęci woskowe z herbami Dawidowskich Prus II[do] (zob. Niesiecki VII, 523) i Zimnowodzkich Gryf.

---

[1]) Porównaj dokumenta nr. LXVIII i LXIX. [2]) Brakuje dwóch lub trzech liter. [3]) Jeden wyraz nieczytelny.

LXXII.

We Lwowie 5. Sierpnia 1437 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że pomiędzy Mikołajem Scholtis starszym i żoną jego Jadwigą a Mikołajem Scholtis młodszym i żoną jégo Anną owej Jadwigi córką, stanął układ o spadek po Janie Somersteinie i po Katarzynie Somersteinowej.

Wir Rotlüte der Stat Lemburg: Iohannes Trawfrewlin, Mathias Czedlicz, Erasmus Merten von Grotko, Niclos zynrich, Niclos helbesem tuen kunt mit dezem briffe allin vnd yczlichim, den is notdorfft ist, daz vor vns yn siczendem Rote komen synt dy Erbern vorrichtisleute: Peter kursner, Iorge gobel, Bartholomeus hayner, Vincencius vnser Statschreiber vnd habin eyne vorrichtunge bekant, dy ze gemacht habin Czwisschin Niclos Scholtisen dem Eldisten vnd frawen hedwigin zeyner Efrawen an eyme vnd Niclos scholtisen dem Iungen vnd seyner Efrawen Annan, der Egenanten frawen hedwigen tachter, an dem andern teile von veterlichis angefellis wegin Iunge hannus zommersteynes vnd von angefallis vnd guttis wegen, daz der frawen Annan geböret nach frawen Katherinen der Alden zummersteynen, errer grossin Mutter, tode; zo habin dy Egenante vorrichtisleute eyne sulche teilunge funden Mit aller partey willen vnd forvort: Alzo daz der Egenanten frawen Annen geböret czu erem teile daz Eckhaus gancz vnd gar am Rynge gelegen, doryne der Hanncz zomersteyn gewonit hot, vnd doreczu eyne gewant crom auch gancz vnd gar. Item zo gebörit der frawen Annen Czwe teil des Eckhawsis, keygin Gregor Cromers hause obir gelegen, alze man geet Czu dem heiligin lichnnam, vnd abir Czwe teile des hausis am Rynge, czu neste Stenczels sneyders hause gelegen, Vnd der frawen Hedwigin gebörit daz dritte teil der Egenanten Czwen hewsern. Item zo zal frawe Anna habin Czwey teil des nesten Vorwerkis, bey Stechers mole gelegen, vnd dy Mutter Hedwig daz dritte teil desselbin Vorwerkis. Item zo geboren auch der frawen Annen alle Czinse der gebawern, dy do ziteczen vnd wonen off den Erbin vnd Hubin des ferrestin forwerkis, mit zampt den dreyen Teychin, do selbist gelegen, dy gebören der Egenanten frawen Annen gancz vnd gar czu erem teile Vnd der frawen hedwigin geböret der hoff mit dem Erbe, daz do czu dem howe geböret, vnd auch dy Czwene Garten legende yn dem selbigen Erbe, daz do czu dem howe gehoret, vnd auch der Teich vor dem howe gelegen, daz gebört allis der frawen Hedwigin Czu erem teile. Item der Frawen Annen geböret ffwnf teile der Mole, off dem Egeschreibin fersten forwerke gelegen, mit erem genissen vnd der

Hedwigen geböret daz sechste teil der selbin Mole. Item frawe Anna durch erem Ewirt Niclos Scholtisin den Iungsten hot abetreten erer Muter Hedwigin allis gut, daz ir Czu Robschicz mochte geboren an der foytey, adir woran daz geseyn mag. Item der frawen Annan geboret czwey teil des gartens vor dem Heydnischem tore, bey den sichin gelegin vnd daz dritte teil des zelbin gartens geboret der mutter Hedwigen. Item Allis gut vnd Hausgerethe, is zey an silber an gesmeyde an wachse, vnd allerley ander gut, wy daz benant mag werden, keyns ausgenommen, habin dy obingeschrebin parteyen Czwischin en gancz geteilit, alzo daz beyden teilen iczlichem eyne folkomen genugen ist gescheen. Item so hat Niclos Scholtis der Iunge mit sampt zeyner Efrawen Annan bekannt offenbar, daz der eldiste Niclos Scholtis daz haus an dem Ringe, czu neste zynrichis hause gelegin, vmb zeyn eygen gelt hot gekauft, bekenennde daz daz selbe haws vnd auch ander gut yn der Stat vnd vor der Stat, adir wo daz ist, daz Niclos Scholtis der Eldiste hot, gehorit nicht yn dy obengeschreben telunge, sundern is gehorit an alleyne Niclos Scholtisin den Eldistin. Dy oben geschrebin rechnunge habin dy Egenantin teilungin off genommen vnd gelibit, globende ze nymmer weder Rufin czu Ewige tagen noch dorch sich, noch dorch ere geerbin vnd Nochkomelingin. Gegebin yn der lemburg am Montage Neste noch sinte Petri Kethenfeuer In dem Iore gotes Tausint Virhundert yn dem zebin vnd dreysigsten Iore mit vnserem Stat zegel desem briffe angehangen.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 153. U dołu na okrawku pergaminowym zawieszona pieczęć radziecka. Na odwrotnej stronie napis: *Divisio Zamerstinowska bonorum tam intra civitatem quam extra.*

LXXIII.

W polu pomiędzy Sirczą a Wieliczką 16. Listopada 1437 r.

Piotr Szafraniec z Pieskowej Skały, podkomorzy krakowski i starosta sieradzki, poświadcza, iż z polecenia królewskiego rozgraniczył posiadłości Wieliczki od posiadłości Mikolaja Syrskiego, dziedzica wsi Syrczy.

Petrus Szaffranec de Peschkowascala, succamerarius Cracouiensis et capitaneus Siradiensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris: quomodo attentis non modicis controversiis, displicenciis et discordiis, que a multis annis pro graniciis fiebant inter consules totamque comunitatem civitatis Weliciensis ex una et nobilem Nicolaum, heredem de Sirzcza [1]), suosque fratres germanos parte ex altera,

---

[1]) Co do miejscowości tutaj wymienionych zobacz dokument powyżej wydrukowany nr. XXXIX.

volentes huiusmodi litibus finem imponere, ex officio nostro et speciali mandato serenissimi principis domini Wladislai dei gracia Illustris Regis Polonie, domini nostri graciosissimi sabbato die post instans festum sancti Martini pontificis (*16. Listopada*), super huiusmodi graniciarum limitacionem personaliter cum certis nobilibus descendimus facienda inter civitatem Weliciensem et Syrcza villam vulgariter nuncupatam, pro quo domino Nicolao de Sircza strenui et nobiles domini: Sulco Zabawsky, Petrus Koscziczky, Zavischa Choranywiczky et Nicolaus Clamp Kozmiczky sub certa suma pecunie ducentarum marcaru fideiubentes fideiusserunt de rato et grato tenere iam de facto in graniciis disponendis, terminandis et finiendis amicabiliter, benivole bonaque voluntate; consulesque civitatis Weliciensis videlicet Paulus Pensator, Paulus Pistor, Andreas Scrzypecz et Mathias Sthelmach pro tota communitate comsenserunt (*sic*) mutuis favoribus ipsorum et consensu cum omni iure et potestate pariter et assensu, metas, stupulos (*sic*) et granicias ordinaverunt, errexerunt et sipaverunt more, iure et consuetudine regni Polonie et terrestri, promittens easdem metas, granicias et limitaciones ex utraque parte perpetue tenere, per hec signa primo et principaliter, descendentes personaliter de equo, manu propria stupulum (*sic*) primum corulo signavimus et fodium circa finem agrorum civilium in Binco (*sic*) et circa finem silve Sirczensis, circa quem stupulum primo, secundo, tercio et quarto ministerialis per Bogutham missus proclamavit, si quis haberet contradicere vel aliqua accione iudiciali contra huiusmodi limitacionem agere, ut contradicet, nullo vero contradicente iterum ministerialis oraculo vocis viwe proclamavit, perpetuum silencium imponendo non contradicentibus; ab eodeque (*sic*) stupulo eundo per viam alii stupuli sunt sippati usque ad allodia nazagminie civitatis, a stupulo allodiorum usque ad pratum et paulo post iuxta fontem stupuli sunt sipati usque ad Debrz, per Debrz usque ad piscinas civitatis et Sirsky ibique ex una parte aggeris circa piscinam domini Syrsky unus stupulus seu scopulus est sipatus, alter circa finem agrorum civilium a piscina domini Sirsky ex via penes gayum stupulus angularis narozny, ab eodem dirrecte stupuli vadunt ad viam, que vadit de Sircza et ex utraque parte vie stupuli sunt sippati per ministerialem iuxta signa priorum literarum et ab eadem via stupuli vadunt usque ad dziewczilaszek, ibique ad sinistram partem inter civilies et Sircze ville campos alias Nywos vadunt stupuli usque ad Grabowka, ibique in Grabowka iuxta antiqua signa, signis signorum et stupulorum signatis per ministerialem, stupuli sunt renovati secundum contenta antiquarum literarum iudicii terestris usque ad quercum angularem ex opposito et supra Debrz, ibique stupulus est sipatus cum aliis dirrecte tendentibus usque ad Iezorko; a Iezorzko per Debrz vadunt stupuli ad viam et per eandem viam eundo ex utraque parte vie scopuli sunt sipati; stupuli seu scopuli dextre partis sunt pro civitate Wieliciensi, sinistri vero pro domino Nicolao Syrsky suisque fratribus germanis usque ad Nywa, ubi tres stupuli sunt sippati et ab eisdem usque ad

Babinow campos ex utraque parte vie stupuli sunt sipati; a Babinow usque ad terminos Iankowicze, ubi Syrcza habet finem graniciarum cum Iankowicze, ibique habetur stupulus angularis; hoc eciam addito, quod a stupulo primo, per nos succamerarium signato, stupuli sunt sippati usque ad vodka ad civitatem Dambrowka. Huiusmodi vero limitacio finita est feria quarta post Martini (*13. Listopada*) omniaque et singula facta, finita et terminata ministerialis proclamavit iuxta consuetudinem terrestrem atque formam; que omnia Syrsky Nicolaus compromittens pro fratribus germanis grate suscepit, pro ipsis fratribus germanis absentibus, tanquam presentibus fideiubendo. Cui limitacioni, stupulorum fodicioni in testimonium petiti et vocati affuerunt strenui et nobiles domini: Synowecz Castri Cracouiensis Burgravius, Iohanes Mislinuczky, Pogasz, Calnisky et Franczek de Sanczpow noster iudex comissarius. Quam limitacionem per nos factam et per Franczkonem nostrum iudicem commissarium finaliter feria quarta, ut prefertur, finitam et terminatam laudamus et approbamus. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum diebus quibus supra. Anno domini Millesimo CCCC°XXXVII° inter hereditates videlicet civitatem Wieliciensem et villam nuncupatem Syrcza.

Oryginał pergaminowy nieczytylnie pisany znajduje się w Zakł. nar. imien. Ossol. nr. 568. Pieczęci brakuje.

LXXIV.

We Lwowie 18. Listopada 1437 r.

Michał czyli Mynko Soczewczycz, sołtys z Czeszek, przekazuje za zgodą Jana Dmitrowskiego, dziedzica Czeszek, karczmę swoję w tej wsi Janowi czyli Hannusowi Lanczuterowi.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ego Michael alias Mynko Soczewczicz, Scoltetus de Czessky, recognosco omnibus et singulis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod cupiens, scolteciam meam pro me et pro successoribus meis meliorare et bona ipsius augmentare ac in usus reducere uberiores, deliberato animo et sano fretus amicorum consilio, thabernam meam, ad scolteciam pertinentem, in Czessky[1]) sitam, ab ecclesia versus Leopolim transeundo in dextra manu ibidem, simul cum caldari et doleis tunc existentibus, de consensu et speciali voluntate nobilis domini Iohannis Dmitrowsky, heredis in Czessky, provido Iohanni alias Hannus

[1]) Czyszki i Dmitrowice w pobliżu Lwowa.

Lanczucher (*sic*), kmethoni de ibidem, simul cum curia, stabulis et schoppis, per ipsum Hannus pro necessitate pecorum edificandis, dedi, donavi et resignavi, sub certo annuo censu, per ipsum singulis annis solvendo; penes quam thabernam idem Hannus Lanczuther ortum post braseatorium ducendo usque ad flumen quinque virgas et ad braxatorium habebit, et unum pratum ducendo sive recipiendo a fossato alias row usque ad lutum ante Iacobum kmethonem et Lenorthowa vidiam (*sic*) et ante eandem viduam potest sibi ulterius exstirpare alias wyprawicz. Eandem thabernam cum istis hic expressis per ipsum Hannus Lanczuther et suos successores temporibus perpetuis iure Theutunico Mayedburgensi, prout alii kmethones ibidem in Czessky utuntur eo et pociuntur, tenendam, habendam, possidendam nec non donandam, comutandam, vendendam et in usus suos beneplacitos convertendam; ad vendicionem tamen ipsam eandem thabernam compellere non debeo neque possum. Sin autem vendere ipsam voluerit, ex tunc ego vel mei proximiores et successores legitimi erimus propinquiores ad exemendum sibi sumulam pecunie, quam alius homo alienus dare posset, dando et persolvendo. Racione cuius dacionis et donacionis ipse Hannus Lanczuther et sui succesores michi et meis legittimis successoribus tres sexagenas annui census, monete et numeri Polonicalium, sexaginta videlicet grossos Polonicales quamlibet in sexagenam computando, singulis annis ad carnisprivium, item a qualibet braxacione cervisie pro eadem thaberna unum vasculum alias wiertel de levi cervisia, quocienscunque duntaxat braxaverit, item singulis diebus dominicis cervisiam bonam pro grosso parvo, item, quando mactabit bovem vel vaccam ad vendendum, carnes pro duobos grossis parvis, item, quando piscabit tortulas alias bugle, de uno trunco tritici ipsas tortulas pro duobus grossis parvis, item quando emet pisces ad vendendum, pro una sexagena duos grossos parvos, item bina brasca facere singulis annis de frumentis scolteti, item bina vice cervisiam de scolteti frumentis et lignis (de eoque singulis annis) [1]), ipse Hannus Lanczuther et sui successores michi et meis successoribus solvere debet et explere omnia et singula sit astrictus; nullum servicium de ipsa thaberna domino hereditario neque michi faciendo, de expedicione autem sive bello qualicunque generali et speciali ab ipsa thaberna facio liberum et securum, ipsam expedicionem ad scolteciam pertinentem solus per me implere volo. Habebit insuper prefatus Hannus Lanczuther et sui successores omnimodam facultatem panes, carnes, pisces et alia omnia legumina emere in ipsius predictam thabernam et vendere, me et meis successoribus in nullo horum penitus derogante. Ut autem premissa obtineant robur perpetue firmitatis, presentem literam sigillis videlicet prefati domini Dmitrowsky de sua voluntate et speciali consensu roborare mandavi et meo,

---

[1]) Wyrazy w klamrach napisał pisarz przy samym końcu dokumentu, tutaj zaś położył znak z czterech punktów złożony wskazując że je tu należy umieścić.

in fidem et testimonium premissorum. Actum et datum Leopoli feria secunda post festum beati Martini proxima anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, presentibus ibidem nobilibus dominis Iohanne Dmitrowsky predicto, Iohanne iuvene Wynniczsky, Andrea Malechowsky, Petro Czyzowsky, Iwaschkone Miszczycz nec non Iacobo Plebano de Czessky, Hannus Weyge, Cloze Wonar, Mathis Haznar Scabinis de ibidem, ceterisque fidedignis testibus ad premissa. Datum per manus Iacobi Alberti de Pabyanicze publici imperiali auctoritate Notarii.

Dokument oryginalny na pergaminie znajduje się w archiwum miasta Lwowa Nr. 154. Na rzemykach pergaminowych zawieszone na czarnym wosku wyciśnięte dwie bardzo dobrze zachowane pieczęci; przedstawiają one na tarczach znamiona niepodobne do żadnego herbu znanego a kształtu takiego, że ich opisać nie można. W otoku zaś mają napisy literami prędzej do tureckich niż do łacińskich podobnemi.

LXXV.

W Piotrkowie 16. Grudnia 1438 r.

Władysław Warneńczyk potwierdza i odnawia wszystkie prawa, przywileje i swobody poddanych swych świeckich i duchownych.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus tercius Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie Lithwanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, noticiam habituris: quomodo recensentes et in animo revolventes, quanta puritatis affeccione et fidei integre constancia prelati, comites, barones, milites, proceres, nobiles, burgenses ceterique subditi et incole regni nostri Polonie spirituales et seculares personam nostram venerati sunt atque dilexerunt, ut tandem, defuncto felicis memorie genitore nostro carissimo domino Wladislao, nos tanquam verum heredem et legitimum successorem ipsis in regem et dominum voluntatibus concordibus assumpserunt, sacro quoque Regni dyademate isignierunt, cum igitur, Altissimo dirigente, votis eorundem incolarum regni nostri in nostram maiestatem deliberate concurrentibus paternum huius sacri regni Polonie nacti sumus solium, dignum ea propter duximus in ipsos incolas oculos pietatis nostre aperire et eis hanc, quam actu et opere velud (*sic*) ad lethe fideles in nobis exhibuerunt sinceritatis constanciam,

gratitudine, uti decet, compensare, unde, ex certa nostra sciencia prehabita, sufficientissima deliberacione, animo benivolo et voluntate nostra, ultronea, ipsis prelatis, comitibus, baronibus, militibus, proceribus, nobilibus, burgensibus ceterisque subditis et incolis regni nostri, cuiuscumque status existant spiritualis et secularis quoque, ipsorum iura, libertates ac emunitates, literas et privilegia ecclesiastica et secularia, que a vive memorie prelibato genitore ac aliis regibus, principibus, ducibus et dominis predecessoribus nostris regni Polonie, veris et legittimis heredibus, super quibuscumque bonis et libertatibus habere dinoscuntur et habent, sub quibuscumque datis in vita sua rite et iuste emanatas libertates et emunitates spirituales et seculares in se continentes, et quas hic volumus habere pro insertis,' in omnibus earum punctis, posicionibus, condicionibus, articulis et clausulis universis ratificamus, innovamus, gartificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. Promittimus insuper in verbo nostro regio presentibus et spondemus eadem ipsorum iura et libertates, emunitates, literas, privilegia per omnia rata atque grata habere et inconcussa, iugiter et inviolabiliter perpetue observare et eis satisfacere cum effectu. Harum quibus sigillum nostre majestatis est appensum testimonio litterarum. Actum in opido Pyotrkow in parlamento generali feria tercia proxima post festum sancte Lucie virginis anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, presentibus ibidem reverendissimo ac reverendis patribus dominis Vincencio sancte Gueznensis Ecclesie Archiepiscopo et Primate, Sbigneo Cracouiensi, Wladislao Wladislauiensi episcopis, et Andrea de Buyno Electo Confirmato Eclesie Poznaniensis ac magnificis, nobilibus et strenuis viris Iohanne de Cziszow Cracouiensi, Iohanne de Tanczin Sandomiriensi, Martino de Slawsko Calisiensi, Alberto Malsky Lanciciensi, Iohanne de Lichin Brestensi, Iarando de Grabie Iuniwladislauiensi et Petro Odrowansch de Sprowa Leopoliensi Palatinis, Dobrogostio de Schamotuli Poznaniensi, Dobeslao de Senno Sandomiriensi, Laurencio Zaramba Siradiensi, Mathia de Byelawy Lanciciensi, Nicolao de Warzimow Brestensi, Clemente Wantropka de Strzelcze Woyniciensi, Nicolao Slup Dobrinensi, Spitkone de Melsten Becensi, Przedpelcone de Copidlowo Laudensi, Warsio de Ostrow Zawichostensi, Przedborio de Coneczpole Rospergensi, Paulo de Biskupicze Malogostiensi, Stephano de Opporow Brzesniensi, Dobrogostio de Colino Cameneccensi, Iacobo Przecora Czechouiensi, Iohanne de Grabie Spiczimiriensi Castellanis, Iohanne de Olesnicza Marsalco et Andrea de Lubino Tezaurario Regni Polonie, Stanislao Ostrorog Poznaniensi, Przeczlao de Grzibow Sandomiriensi, Iohanne de Szczekoczini Lublinensi, Petro Sczkowsky Wladislauiensi, Petro de Dzalin Dobrinensi, Sencone de Sencow Przemisliensi Subcamerariis, Marcissio de Wroczimow Craconiensi, Nicolao Slanka Sandomiriensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Cosczelecz Wladislauiensi Vexilifferis et aliis pluribus dignitariis, militibus et nobilibus testibus circa premissa. Datum per manus magnifici et

generosi virorum Iohannis de Coneczpole Cancellarii et Petri Woda de Szczekoczini Vicecancellarii Regni Polonie, nobis sincere dilectorum.

Ad relacionem eiusdem magnifici Iohannis de Coneczpole Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 155. Pieczęć wraz z sznurem zaginęła Dokument ten z niezliczonemi myłkami był poprzednio drukowany w Wiszniewskiego Historyi literatury V str. 328 do 329.

LXXVI.

W Śniatynie 2. Września 1439 r.

Mużyło z Buczacza, starosta śniatyński i kołomyjski, funduje kościoł parafialny w Michalczu, i uposaża takowy wsią swoją Repużyńce, położoną w obwodzie koropieckim.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nil dignius quam ut memoria habeatur, igitur opportunum extat, ut actus hominum apicibus litterarum et annotacione testium perhenentur, ne lapsa (*sic*) temporum evanescant, proinde nos Muzilo de Buczacz, capitaneus Snyathinensis et Kolomiensis, significamus presencium per tenorem et palam profitemur universis, quibus expedit, tam presentibus quam futuris, quia ob remedium nostre salutis, nostrorum et predecessorum nascentum et nascencium, amore desuper accensi zelo itaque diem iudicii extremi affuturum operibus pyetatis deposcentes prevenire, et ut ecclesia parrochialis in Mychalcze, opido collacionis nostre, in honorem omnipotentis Dei et sacratissimi Corporis Dominici, Michaelis Archangeli, sancti Stanislai et sancte Katherine fundata et de nowo erecta certis donetur stypendiis, quod rectores huiusmodi ecclesie, pro tempore existentes, nostris suffulti presidiis creatoris clemenciam nostra, uxoris et nostre, et predecessorum ac eciam omnium nostrorum nascentum et nascencium, ac universorum Christicultorum salute coattencius valeant exorare, et inibi cultum divinum peragere et pertractere solite et constanter, agnita tamen constancia discreti Petri de Skawina, nostri notarii et plebani ecclesie iamtacte, sibi et eclesie sue predicte villam nostram Rpuzenycze in districtu Cropeczensi [1]) sitam, necnon decimam manipularem cuiuslibet grani post omnes araturas et predia seu curias ad Michalcze spectantes . . . . . . [2]) nostras, ac eciam unum laneum in Michalcze, secundum

[1]) Michalcze i Repuszyńce, wsie w dzisiejszem powiecie horodeńskim, Koropiec, wieś w dzisiejszym powiecie buczackim. [2]) Tutaj jeden lub dwa wyrazy wydarte.

mensu(*ram*) franconicam; itaque decimum denarium theolon(*ei de nostri Mic*)halcze et decimam metretam de molendino nostro in Mi(*chal*)cze cuiuslibet grani, et quatuortempora more aliarum . . . . [1]) damus, donamus, inscribimus et annectimus donacione perpetua irrecuperabili et in evum, per ipsum Petrum, ple(*banum no*)strum et eius succesores nominatam villam Rpuzenycze cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, cultis et colendis, pratis, campis, rubetis, silvis, nemoribus, sareptis, mellificiis, venacionibus, stagnis, lacubus, piscinis, fluviis, rivis, torrentibus, aquis et earum decursibus, molendinis et emolimentis et generaliter cum omnibus et singulis adiacenciis, appendiis, adherenciis, iure, dominio et usibus universis, prout per nos dicta villa Rpuzenycze per nos [2]) late, longe, circumferencialiter fuerat tenta et possesa, pro nobis penitus et nostris successoribus iuris, proprietatis et dominii in pretacta villa Rpuzenycze nichil reservando. Ac decimam manipularem cum ceteris prescriptis ipse prescriptus Petrus plebanus et sui sequaces affuturi tenebunt, habebunt, utifruentur, tollent, percipiet (*sic*) et pacifice possidebunt temporibus perpetuis affuturis. In quorum evidenciam maiorem et rei in testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in Snyathin in crastino sancti Egidii confessoris anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, presentibus reverendissimo in Christo patre et domino domino Iohanne Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi et discretis: Sbigneo Plebano Snyathinensi, Iacobo, et Petro Capellanis eiusdem reverendissimi Archiepiscopi Leopoliensis, nobilibus Henrico Narayowsky familiaribus (*sic*) Archiepiscopi eiusdem, itaque nobili Roszkone et ceteris pluribus fidedignis ad hoc vocatis et rogatis etc.

Oryginał na pergaminie w arch. Kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 19. Nr. 4) w dwóch miejscach dość znacznie uszkodzony. Na zagiętce, po lewej stronie tą samą ręką i podobnym atramentem pisany znajduje się następujący napis: „*Fundator ecclesie Michael alias Muzilo cum Katherina uxore una voce de Buczacz heredes Ihesu miserere anime ipsorum et qui presencia leget oret pro salute eorumdem*". Po prawej zaś stronie zagiętki napisano tak zwaną kirylicą i podobnym atramentem co dokument imię wystawiającego, a to w ten sposób: МѸЖИⷧⷪ·
Na zielonym jedwabnym sznurze zawieszona na zielonym wosku wyciśnięta pieczęć z herbem Habdank a w otoku napis: „Muzilo de Buczacz". Na zewnętrznej stronie pergaminu znajduje się współczesny napis „*Privilegium ecclesie in Michalcze*" i z końca XVgo lub początku XVIgo napis „*Mychalcze*". Dokument ten był oblatowany w grodzie lwowskim w dniu 12. Lipca (*Feria secunda ante festum sanctae Margarethae V. et M. proxima.*) 1720 r.

---

[1]) Jeden lub dwa wyrazy wydarte. [2]) Wyrazy *per nos* drugi raz nie potrzebnie powtórzono.

LXXVII.

W Krakowie 25. Lutego 1440 r.

Władysław Warneńczyk poświadcza, iż dłużny jest miastu Lwowu 905 grzywien i 22 skotów i nakazuje, ażeby dług ten powoli spłacono z dochodów ceł, opłacanych pomiędzy Krakowem a Lwowem.

Wladislaus tercius Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps suppremus et heres Rusie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo facta per medium raciocinistarum nostrorum, cum consulibus civitatis nostre Leopoliensis pro antiquis debitis serenissimi olim progenitoris nostri carissimi eciam, in quibus aduc ipsis de priori racione remanserat obligatus, pro pannis sericeis et aliis pannis ac rebus nos quoque eciam pro pannis sericeis et aliis pannis, pro pellibus sobollinis per nos Imperatori Thurcorum pro muneribus missis aliisque necessariis per eos ad mandata prefati progenitoris nostri et nostra efficaciter expeditis et pro podwodis rigida et efficaci racione, omnibusque insimul computatis inventi sumus eisdem consulibus civitatis Leopoliensis in nonnigentis quinque marcis et viginti uno scottis, monete et numeri nostrorum Polonicalium communium, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, realiter et effective obligari; volentesque de sufficienti et cita solucione consilio consiliariorum nostrorum et assensu predictorum debitorum nostrorum prefatis consulibus Leopoliensibus providere, predictis consulibus eiusdem civitatis Leopoliensis nunc aut pro tempore existentibus concedimus et tenore presencium damus ad defalcacionem sive solucionem predictorum nostrorum debitorum theoloneum nostrum de mercatoribus, civibus et incolis civitatis Leopoliensis, iusque civile in eadem civitate Leopoliensi habentibus, ab omnibus et singulis rebus et mercibus eciam peccoribus, cuiuscunque generis aut speciei existant, in Cracouia, Sandomiria, Lelow, quod ad theoloneum Cracouiense pertinet, et in aliis quibuslibet locis ac viis inter Cracouiensem et Leopoliensem civitates per eosdem mercatores, cives et incolas ius civile habentes, in civitate Leopoliensi solvi debitum et conswetum, dum et quociens ipsis aut eorum cuilibet causa negociacionis sue ea perambulare contingeret in predicta civitate Leopoliensi, iuxta modum et statutum cuiuslibet predictorum theoloneorum exigendum, tollendum et realiter percipiendum ac ad unam cistam, specialiter pro eo disponendam, in pretorio sepe dicte civitatis eorum Leopoliensis reponendum et servandum. Ad quam quidem cistam consules predicti unam et theoloneator noster, quicumque pro tempore fuerit, aliam claves habere debebunt et

servare, quousque aliquanta summa pecuniarum in eadem cista de predicto theoloneo, sicut premittitur, exigendo et ad ipsam cistam reponendo, colligetur, qua tandem collecta consules predicti medietatem omnium sic collectarum pecuniarum pro defalcacione et solucione predictorum debitorum nostrorum, quantumcumque ipsis placuerit aut videbitur expedire, poterint licite recipere, tollere et levare ac in sue civitatis usus convertere libere et secure, ad receptionem tamen eiusdem medietatis collectarum pecuniarum, theoloneatore nostro predicto Leopoliensi advocato; aliam vero medietatem utique in cista et pretorio predictis demittent iacere intactam tamdiu, quousque aut deliberati visaque ipsorum erga nos benivolencia, ipsis eandem dabimus ad defalcacionem prescriptorum debitorum nostrorum aut ipsam pro nobis recipi faciemus. Quocirca vobis Cracouiensibus, Sandomiriensibus aliorumve locorum superius descriptorum theoloneorum nostrorum quorumlibet exactoribus sive theoloneatoribus, seriose precipientes, mandamus, quatenus prefatos cives mercatores et incolas, ius civile in civitate Leopoliensi habentes, gracia predictorum debitorum nostrorum liberos et securos sine quibuslibet impedimento, detencione, aresto ac exaccione theolonei hincinde ducere, pellere, ambulare, transire et redire permittatis et omnino permittere debeatis, presentibus ad nostre beneplacitum voluntatis duntaxat valituris. Nos vero vobis et vestrum cuilibet theoloneatorum nostrorum iuxta recogniciones predictorum consulum civitatis Leopoliensis omnia in theoloneis difalcata vestris ad racionem uniuscuiusque vestrum ponere effectualiter faciemus, secus facere pro nostra gracia non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria quinta festi sancti Mathies apostoli anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Ad relacionem magnifici Petri Odrowansch de Sprowa, Palatini Leopoliensis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 156. Na rzemyku pergaminowym zawieszona na czerwonem wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska.

LXXVIII.

W Krakowie 29. Lutego 1440 r.

Władysław Warneńczyk nakazuje, aby Ormianie, którzy przeszli pod prawo niemieckie, zastosowali się też do jego przepisów zwłaszcza, kiedy chodzi o płacenie podatków.

Wladislaus tercius Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps suppremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo volentes Armenos, in civitate nostra Leopoliensi degentes, coadiuvare, ut et hy, qui unius fidei sunt et unius fiant participes legisve statuti, utque uno succurrente alteri melius et abundancius (*valeant*) de nostris proventibus respondere, statuimus de nostrorumque baronum consilio decrevimus et decernimus, tenore presencium mediante, quod omnes et singuli Armeni, fide Armenorum viventes, quorum multi de iure suo Armenico se in ius Teutunicum transtulerunt, eoque pociantur et fruantur, ita scilicet quod, dum et quociens ipsi Armeni per nos tanquam nostri subditi pro aliquibus dacionibus sive solucionibus requirentur, omnes unanimiter iuxta uniuscuiusque exigenciam pro eisdem solucionibus aut dacionibus, ipsis per nos impositis, contribuant et componant, quocirca vobis palatino, capitaneo et aliis officialibus Leopoliensibus presentibus requirentes et quo tempore existentibus mandantes seriose, quatinus mox, visis presentibus, Armenos predictos, in civitate Leopoliensi degentes, non obstante quovis impedimento, predictis attendere non curantes arceatis et compellatis, ut premissa omnia diligenter et fideliter exequantur. Vobis vero Armenis eciam in iure Theutunico manentibus seu manere volentibus, eciam strictissime mandamus, quatinus decretis et statutis nostris prescriptis nulla contravenire presumatis racione, gracie nostre sub obtentu secus facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria secunda post dominicam Oculi anno domini millessimo quadringentesimo quadragesimo.

Relacio magnifici Petri Odrowansch, Palatini Leopoliensis.

Wydrukowano według kopii z drugiej połowy XV. w. znajdującej się w kopiaryuszu w arch. miasta Lwowa III, *A*, 223 str. 61. Ten sam dokument drukował poprzednio już *Bischoff*: *Urkunden zur Geschichte der Armenier in Lemberg* str. 17 i 18.

LXXIX.

W Krakowie 2. Marca 1440 r.

Władysław Warneńczyk potwierdza nadanie Władysława Jagiełły dla Ormian z dnia 17. Lutego 1434 r.

Wladislaus tercius Dei gracia Rex Polonie Litwanieque Princeps suppremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo Armeni nostre civitatis Leopoliensis, in nostre maiestatis presencia constituti, obtulerunt nobis literam serenissimi olim progenitoris nostri carissimi papiream super faciendis testamentis ultime ipsorum voluntatis, humiliter et diligenter supplicantes, quatinus ipsis eandem literam ratificare et approbare ac confirmare dignaremur. Cuius quidem litere tenor sequitur et est talis:

Tutaj następuje przywilej Władysława Jagiełły z 17. Lutego 1434 r., oddrukowany powyżej nr. LVII. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos itaque predictam literam ita iusta et racionabili cognita, ipsam tenore presencium ratificamus, approbamus et confirmamus, decernentes eam obtinere robur vere firmitatis, mandantes omnibus et singulis officialibus nostris terrarum Russie aut aliis pro tempore existentibus, quatinus predictos Armenos in predicta eorum ultime voluntatis et testamentorum execucione nulla debeatis aut presumatis impedire racione, gracie nostre sub obtentu secus facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum Craconie feria quarta post dominicam Oculi anno domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo.

Relacio magnifici Petri Woda de Sczekocin,
Regni Polonie Vicecancellarii.

Wydrukowano według kopii z końca XV. wieku w kopiaryuszu w archiwum miasta Lwowa III, A, 223 str. 58 i 59.

LXXX.

W Krakowie 8. Marca 1440 r.

Władysław Warneńczyk pozwala Włodkowi ze Świemicz przenieść wieś Izdebnik na prawo niemieckie i daje mu w tej wsi soltystwo z odpowiednimi dochodami.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus tercius Dei gracia Rex Polonie ac Hungarie, Dalmacie, Croacie regnorum electus, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo, pensata prestancia meritorum integreque fidei constancia, quibus nobilis Wlodko de Swiemicze nobis iugiter placere meruit et complacebit, aucta fide prestancius in futurum, ut huius rei gracia singulari favore nostro regio consolatus, ad ampliora servicia nostra convalescat, de sue legalitatis industria ac providencia ad plenum confisi, sibi villam nostram Isdebnyk [1]) districtus Drohobicensis, que de presenti in multa parte dicitur desertata iure Theutonico, quod Maydburgense vocatur, reiectis ibidem iuribus Polonicalibus ac Ruthenicalibus, locandi et pluralitate populi adaugendi plenam tenore presencium concedimus facultatem, dantes sibi et harum literarum vigore largientes sculteciam in villa predicta cum omni dominio et iure ac proprietate; adycientes eidem ad prefatem sculteciam duos laneos agrorum liberos cum suis excrescenciis cum pratis super torrentibus Slonycza, iuxta Manastyrz, et super Chlodnycza iacentibus; item unum molendinum, iam paratum situmque super eodem torrente Slonycza, cum piscina ubicumque eam parare poterit in hereditate predicta; unam thabernam, sextum denarium de censu et tercium de qualibet re iudicata. Quam quidem advocaciam prenominatus Wlodko cum suis succedaneis cum omnibus proventibus ac redditibus, superius descriptis, habebit, tenebit, utifruetur et possidebit temporibus perpetuis et in evum, necnon commutabit, alienabit, vendetque, nostro consensu prius requisito, ac in usus proprios convertet, prout sibi vel suis posteris melius ac utilius videbitur expedire. Racione cuius donacionis nostre presentis prefatus Wlodko cum suis successoribus cum una balista in equo decenti ad quamlibet expedicionem generalem servire nobis et successoribus nostris in evum sit astrictus et teneatur. Actum Cracouie feria tercia post dominicam Letare

---

[1]) Dziś Stebnik, pod samym Drohobyczem wieś nad rzeczką Słonicą; niedaleko od tego miejsca także rzeczka Kłodnica.

anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Sbigneo Cracouiensi, Wladislao Wladislauiensi, Iohanne Chelmensi Episcopis, necnon magnificis Iohanne de Czyszow Castellano Cracouiensi, Sanduogio de Ostrorog Posnaniensi, Alberto de Male Lanciciensi, Petro de Sprowa Leopoliensi, Hriczkone Podolie Palatinis et aliis quam pluribus fide dignis, fidelibus nostris dilectis. Data per manus magnificorum Iohannis de Konyeczpolie Cancellarii et Petri Voda Vicecancellarii Regni Polonie, fidelium nostrorum dilectorum sub nostri appensione sigilli in fidem omnium premissorum.

Ad relacionem magnifici Petri Vicecancellarii supra dicti. Lecta per Albertum de Zichlyn Regni Polonie Vicecancellarium [1]).

Dokument ten znajduje się w archiwum miasta Lwowa w transsumcie Stanisława z Chodcza, marszałka koronnego i starosty lwowskiego i Mikołaja Lanckorońskiego z Brzezia, burgrabiego krakowskiego, wystawionym na prośbę Jana Wilczka z Lubinia, stolnika lwowskiego, właściciela sołtystwa w Izdebnikach, we Lwowie, „*feria quinta ante festum s. Viti*“ (12. Czerwca) roku 1516. Pod transsumtem tym znajdują się własnoręczne podpisy obu wystawiających i zawieszone są na okrawkach pergaminowych dwie pieczęci woskowe, z których pierwsza Stanisława z Chodcza przedstawia jak najwyraźniejszy odcisk herbu Odrowąż (nie pieczętowała się więc ta familia ani herbem Poraj ani herbem Junosza, jak twierdzi Niesiecki tom III. str. 47 i 48), druga Lanckorońskiego odcisk herbu Zadora. Jako świadkowie występują przy tym dokumencie z r. 1516: *Stanislaus de Orzechowcze Notarius terre premisliensis*, *Joannes de Bylicze*, *Stanislaus de Czieschaczyn*, *Demetrius de Stanomyr*, *Nicolaus de Zebrzidovicze et Nicolaus de Cowynicze.*

LXXXI.

W Krakowie 15. Marca 1440 r.

Władysław Warneńczyk potwierdza zapis Mikołaja Serafina, miecznika krakowskiego i żupnika królewskiego, który tenże na korzyść żony swej Urszuli w wysokości 400 grzywien uczynił.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Electus regni Hungarie Lithwanieque princeps suppremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis :

[1]) Ostatni ten ustęp niewłaściwie wciągnięto do transsumtu, bo Żychliński był podkanclerzem dopiero w 2giej połowie XV wieku, mógł więc dopiero wtedy czytać i podpisać ten dokument.

quomodo veniens ad nostre maiestatis conspectum generosus et strenuus Nicolaus Seraphin, gladifer Cracouiensis et salis nostri utriusque zupparius, fidelis noster nobis dilectus, non compulsus, non coactus nec aliquo errore seductus, sanus mente pariter et corpore, matura intra se deliberatione prehabita, honeste Vrsule consorti sue carissime, ortum suum seu aream extra muros civitatis nostre Cracouiensis ante portam sancti Nicolai et ex opposito stabulorum communium situm, cum piscinis et oreis attinenciisque et pertinenciis universis, ad predicta (*sic*) ortum seu aream quomodolibet spectantibus et pertinentibus, coram nobis rite et racionabiliter resignavit ac in et super orto seu area predictis (*sic*) ipsius Vrsule, consorti sue, quadringentas marcas latorum grossorum monete Pragensis, numeri vero Polonicalis consweti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, trecentas videlicet marcas, quas recognovit idem Nicolaus zupparius se ab eadem Vrsula, consorte sua, racione dotis de patrimonio suo effectualiter recepisse et centum marcas monete et numeri premissorum per eum racione dotalicii ipsi consorti sue adjunctas, dedit, donavit, inscripsit et assignavit, per ipsam Vrsulam, consortem suam, tenendum, habendum, utifruendum, pacifice et quiete possidendum, ita et tamdiu, quamdiu post mortem prefati Nicolai zupparii, mariti sui, permanserit in sede viduali et alias quoadusque ad secundas nupcias, ad quas dum convolaverit, dictorum (*sic*) orti seu aree posessio, solutis dictis quadringentis marcis, monete et numeri premissorum, ipsi Vrsule per successores seu proximiores prefati Nicolai zupparii reddibit et revertetur ad eos pleno iure. Quam resignacionem, donacionem et inscripcionem, tamquam rite et racionabiliter coram nobis factam, nos ex speciali gracia nostra ad petita prefati Nicolai zupparii duximus admittendam et presentibus admittimus, decernentes ipsam robur obtinere firmitatis, ita tamen quod de eisdem (*sic*) orto seu area dicta Vrsula census et alias soluciones, civitati nostre Cracouiensi solvi cousuetas, singulis annis persolvet. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria tertia proxima post dominicam Iudica anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Relacio magnifici Petri de Szczekocini, Regni Polonie Vicecancelarii.

Dokument oryginalny znajduje się w Zakładzie narod. im. Ossolińskich. Pieczęci brakuje, zachował się tylko pasek pergaminowy.

LXXXII.

W Papie 24. Kwietnia 1441 r.

Władysław Warneńczyk zapisuje niejakiemu Łące sto grzywien na wsi królewskiej Zubrzy i oddaje mu tę wieś w posiadanie aż do wypłaty tej sumy.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod nos, attentis fidelibus serviciis fidelis nostri Lancze, viri nobilis, tenutarii nostri in Zubrza, que et olim serenissimo patri nostro et modo nobis exhibere non desistat, sibi centum marcas monete et numeri Polonicalium, XLVIII grossos in marcam quamlibet computando, in et super villa nostra Zubrza [1]) predicta, in terra Russie et districtu Szirecensi iacente, damus et inscribimus per presentes per ipsum cum omnibus dicte ville utilitatibus, fructibus, censibus, reditibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, borris, fluminibus, piscinis, aquis, molendinis, emolumentis, venacionibus, aucupacionibus, mellificiis et obvencionibus universis, que ibi modo sunt aut eius industria augeri possint, habendum, tenendum, utifruendum et possidendum pacifice et quiete, ita diu, quo usque sibi vel suis posteris prefate centum marce per nos vel successores nostros ex integro persolvantur; quibus exsolutis, dicte ville possessio ad nos vel successores nostros devolvetur pleno iure, stacionibus nostris salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Papa feria secunda post Conductum Pascze anno domini M CCCC XL primo.

Relacio magnifici N. de Scharley, Castellani Wladislauiensis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 160. Pieczęć wraz z paskiem oderwana. Na zagiętce po lewej stronie ręką z XV. wieku napisano: *Rta* (*Registrata*) po prawej: *Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.*

[1]) Zubrza, wieś pod Lwowem.

LXXXIII.

W obozie pod Hugoth 29. Kwietnia 1441 r.

Władysław Warneńczyk darowuje Janowi z Sienna, podkomorzemu przemyskiemu i staroście sandomierskiemu, za zasługi jego położone około sprawy królewskiej na Węgrzech, dom murowany na ulicy żydowskiej we Lwowie, należący niegdyś do żyda Wołczka, celnika lwowskiego.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, Seruie, Rascie, etc. necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod nos, pensatis fidelibus serviciis generosi et nobilis Iohannis de Senno, succamerarii Przemisliensis et capitanei Sandomiriensis, militis nostri, nobis grate dilecti, que nobis a diu transactis temporibus et presertim de presenti in prosecutione negociorum nostrorum regni nostri Hungarie operose prestitit atque fecit et modo facere non desistit, ut igitur horum contemplacione favoris nostri senciat graciam, sibi Iohanni et sui legittimis successoribus sive proximioribus domum nostram muratam sive lapideam acialem in civitate nostra Leopoliensi, quondam Wolczkonis [1]) Iudei, theolonearoris Leopoliensis, in plathea Iudeorum, eundo ad synagogam Iudeorum in sinistra manu de Circulo sitam, que ad magestatem nostram devoluta est pleno iure, donamus damusque et largimur graciose donacione perpetua et irrevocabili, presencium per tenorem, per ipsum Iohannem et suos legittimos successores sive proximiores cum omni iure, dominio et proprietate necnon singulis suis obvencionibus ad ipsam domum spectantibus et cum quibus ad nostram magestatem devoluta dinoscitur, habendam, tenendam, utifruendam pacifice et quiete possidendam necnon vendendam, commutandam et in usus suos beneplacitos comitendam *(sic)*, alienandam, prout sibi et eisdem suis successoribus legittimis sive proximioribus melius et utilius videbitur expedire perpetue et in evum. In cuius rei fidem sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in loco campestri ante castrum nostrum Hugoth Sabbato proximo post festum sancti Vitalis anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, presentibus magnificis et nobilibus Iohanne de Thanczyn Pallatino Cracouiensi, Iohanne de Olessnicza Sandomiriensi, Warsio de Ostrow Lublinensi, Paulo de Biskupice Zawichostensi

[1]) Osobistość ta zachodziła bardzo często zwłaszcza w II. tomie. Porównaj co do tego domu nr. CXXV w tomie tym poniżej umieszczony.

Castellanis, Iohanne de Sczekoczini Dapiferi (*sic*) Sandomiriensi et Capitanei (*sic*) Lublinensi et aliis quam pluribus fidelibus nostris, testibus ad premissa. Datum per manus magnificorum Iohannis de Coneczpole Cancelarii et Petri de Szczekoczin Regni Polonie Viceecancellarii, sincere nobis dilectorum.

Relacio eiusdem magnifici Petri de Sczekoczini,
Regni Polonie Viceecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 161. U dołu na sznurku jedwabnym z nici białych i różowych wisi woskowa mała pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie napis: *Ad lapideam Oleska.*

LXXXIV.

W Budzie 16. Czerwca 1441 r.

Władysław Warneńczyk pozwala rajcom miasta Lwowa zakładać i pomnażać kramiki i stragany i wybierać według woli swéj a za porozumieniem ze starostą tłómaczów.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Anxia enim est humanorum condicio gestorum propter novercantis decursus instabilitatem, nisi veridico testimonio literarum roborentur, proinde nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croatie etc. Rex necnon terrarum Cracouiensis, Sandomiriensis, Siradiensis, Lanciciensis, Cuyaniensis Lythwanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris: quomodo cupientes civitatis nostre Leopoliensis condicionem facere meliorem, ut tempore felicis nostri regiminis felicia se noverit recepisse incrementa, omnes et singulas parvas seu pauperes institas, vulgariter arme kremchen, ac eciam penescitas, vulgariter höken, tot quod fieri et locari cum commodo et utilitate eiusdem civitatis nostre Leopoliensis possunt, consulibus dicte civitatis nostre, pro tempore existentibus, locandi, erigendi, edificandi et ampliandi et pro eorum beneplacito ponendi plenam et omnimodam dedimus, donavimus damusque, donamus, inscribimus et largimur tenore presencium facultatem, per ipsos consules easdem institas pauperes et penestitas cum omnibus earum censibus, fructibus, proventibus, utilitatibus, redditibus, dacionibus, exaccionibus et obvencionibus universis, tenendas, habendas perpetue et in ewum, pacifice et quiete possidendas censusque et universos proventus predictos ab ipsis dari et provenire debentes ab eis exigendos, recipiendos, tollendos, et in usus necessarios dicte nostre

civitatis Leopoliensis, prout melius et opportunius expedire videbitur exponendos atque convertendos. Preterea quia digne consuetudinis a retroactis temporibus erat consulum et civium prefate civitatis nostre Leopoliensis pro eorum et civitatis commodo et necessaria opportunitate interpretes cuiuscunque linguagii ad hoc ydoneos pro eorum beneplacito eligere et locare, supplicarunt nostre maiestati prefati consules, cives et incole civitatis nostre pretacte, quatinus hanc consuetudinem de eleccione dictorum interpretum per eos semper ab antiquo tentam, confirmare dignaremur, nos itaque attendentes, quod iusta petentibus non est denegandus assensus, eleccionem huiusmodi interpretum circa consules et cives civitatis nostre pretacte perpetue relinquimus, ac plenam et omnimodam facultatem eligendi interpretes solitis temporibus et alias, dum ipsis videbitur expediens, ipsis concedimus et largimur tenore presencium mediante; ita tamen, ut quocienscunque ipsos eleccionem huiusmodi facere contigerit, consensus capitanei vel eius burgrabii, qui pro tempore fuerit, ad huiusmodi eleccionem requiratur, et vice nostre maiestatis ei, quem adesse ex ipsis contigerit, pro huiusmodi consensu grates (*sic*) referentur (*sic*) et honor impendatur. Si vero capitaneus aut burgrabius in sui pertinacia noluerit in ipsorum eleccionem consentire, michilominus consules et cives predicti ad eleccionem et ipsius consumacionem procedant, ac si super inde capitanei vel burgrabii consensum plenum habuissent, harum nostrarum vigore literarum, quibus sigillum nostrum pro testimonio est appensum. Actum Bude feria sexta in crastino festi Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, presentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Paulo Episcopo Camenecensi necnon magnificis et generosis Hriczkone Palatino Podoliensi, Predborio de Coneczpole Castellano Rosperiensi, Nicolao Slanka Vexillifero Sandomiriensi, Nicolao de Brzeze Regni Nostri Polonie Marschalko et Nicolao Parawa de Lubino ac aliis quam pluribus dignitariis et nobilibus testibus ad premissa. Datum autem per manus magnifici Iohannis de Coneczpole Regni Nostri Polonie Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Ad relacionem eiusdem magnifici Predborii de Coneczpole, Castellani Rosperiensis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 163. U dołu na sznurku jedwabnym różowym i niebieskim zawieszona pieczęć woskowa mała królewska.

LXXXV.

W Budzie 16. Czerwca 1441 r.

Władysław Warneńczyk uwalnia mieszkańców miasta Lwowa, na czas od daty niniejszego dokumentu aż do przyjazdu swego do Lwowa, od opłaty ceł od wszystkich rzeczy sprzedajnych, przedewszystkiem zaś ryb.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo cupientes civitatis nostre Leopoliensis condicionem facere meliorem, ut tempore felicis nostri regiminis felicia se noverit recepisse incrementa, omnibus et singulis civibus, mercatoribus et incolis dicte civitatis, ipsam inhabitantibus, inhabitareque volentibus, ob eorum fidelia merita nostre maiestati exhibita et presertim gracia consuetudinis a retroactis temporibus per eos, ut dicitur, tente, a die date presencium usque ad felicem nostre maiestatis ibidem in civitatem nostram Leopoliensem predictam ingressum ab omnibus theoloneorum civitatis nostre predicte Leopoliensis solucionibus seu dacionibus racione quarumcunque rerum et mercanciarum, cuiuscunque generis aut speciei existant, et signanter piscium quorumcunque dari et solvi debencium, plenam et omnimodam dedimus, contulimus damusque, conferimus et largimur tenore presencium libertatem. Quocirca tibi magnifico Petro Odrowansz de Sprowa palatino et capitaneo vel eorum vicesgerentibus Leopoliensibus necnon theoloneatoribus pro tempore existentibus mandamus seriose, firmiter precipientes, quatinus prefatos cives nostros, incolas et inhabitatores Leopolienses circa hanc presentem firmiter conservantes libertatem, nullam theolonei aut cuiuscunque dacionis ab ipsis racione quarumcunque rerum seu mercanciarum et presertim piscium quarumcunque exigere aut exigi facere presumatis solucionem, secus in premissis sub obtentu gracie nostre facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Bude feria sexta in crastino festi Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Ad relacionem magnifici Predborii de Coneczpole,
Castellani Rosperiensis.

Oryginał w archiwum miasta Lwowa nr. 162. Na pasku pergaminowym zawieszona była pieczęć, która odpadła.

LXXXVI.

We Lwowie 8. Sierpnia 1441 r.

Piotr Kustosz i Mikołaj Olchowski, kanonicy lwowscy, kwitują rajców miasta Lwowa z odebrania całkowitej summy, zapisanej przez Mikołaja Hechta na rzecz kościoła lwowskiego.

Petrus custos et Nicolaus Olchowsky, canonici ecclesie Leopoliensis, provisores et dispensatores structure eiusdem ecclesie Leopoliensis sancte Marie per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Iohannem Dei gracia archiepiscopum Leopoliensem specialiter deputati, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod cum dudum prudentes viri consules civitatis Leopoliensis pro edificacione predicte ecclesie nonaginta quatuor cum media marcas predicto domino archiepiscopo cum certa nostra sciencia iuxta testamentum olim Nicolai Hecht [1]) felicis memorie contulissent, nunc vero de anno preterito et presenti predicti consules iterum centum et viginti cum una marcas pro edificacione ecclesie supradicte cum pecuniis promptis nec non lateribus et cimento integraliter dederunt et manibus nostris effectualiter assignarunt, nichil penitus debiti de testamento predicti Nicolai Hecht pro structura predicte ecclesie deputati post se relinquentes. De quibus, vigore predicti domini archiepiscopi, predictos consules Leopolienses quitamus liberosque dimittimus perpetuo et solutos. Horum in evidenciam sigillum predicti domini Petri custodis presentibus est appensum. Datum in Leopoli feria tercia proxima ante festum sancti Laurencii anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Oryginał pergaminowy znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 164. U dołu na okrawku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa Piotra Kustosza, w pośrodku coś na kształt litery P. lub 4. Wotoku napis: SIGILLVM PETRI DE . . . . OW (przed *ow* zdaje się *Olych* lub *Obych*.)

---

[1]) Porównaj tom drugi, str. 104; tom IV, 108, 109, tudzież poniżej dok. nr. LXXXIX.

LXXXII.

Na wyspie Chapel 6. Listopada 1441 r.

Władysław Warneńczyk zapisuje Zygmuntowi Kierdejowi z Orynina w nagrodę za położone koło wyprawy węgierskiej trudy kwotę stu grzywien na dobrach Ćwikłowce i Uście, na Rusi w powiecie kamienieckim położonych.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, Litwanieque princeps supremus et heres Russie significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo attendentes grata fidelia et studiosa obsequia, quibus nobilis Sigismundus alias Kyerdey de Orinin, familiaris noster fidelis dilectus, maiestati nostre complacuit et presertim in hac via Hungaricali auctaque fide prestancius poterit complacere in futurum, horum gracia volentes ipsum prosequi favoribus nostris, sibi in et super villis nostris Czwiklowcze et Uschcze, in terra Russie et districtu Camyenyecensi sitis, centum marcas communis pecunie, monethe et numeri Polonicalium, marca pro qualibet quadraginta octo grossos computando damus, donamus, assignamus, inscribimus et largimur graciose, per ipsum Sigismundum tenendas, habendas, regendas, quiete et pacifice possidendas, cum et (*sic*) singulis earundem villarum utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, borris, gaiis, nemoribus, rubetis, virgultis, fluviis, fluminibus, lacubus, stangnis, piscinis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, emolimentis, venationibus, mellificiis et aliis obventionibus generaliter universis tamdiu, quousque per nos aut successores nostros sibi aut successoribus ipsius legittimis predictum centum marcarum integre et plenarie fuerit persolutum; quo facto predictarum villarum possessio ad nos et successores nostros revertetur pleno iure, stacionibus tamen et iuribus nostris regalibus per omnia semper salvis: et hoc volumus, ut ibi faciat personalem mansionem. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in insula dicta Chapel feria secunda proxima ante festum sancti Martini anno domini M°CCCC°XL^{mo} primo.

Relacio magnifici Iohannis de Conyeczpole,
Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy znajduje się w Zakł. narod. im. Ossolińskich nr. 581. Po pieczęci pozostał dziś tylko pasek pergaminowy. Na zagięcie: *Lectum per Albertum de Zichlin R. P. Vicecancellarium.*

LXXXVIII.

W Olszynie 12. Listopada 1441 r.

Dersław czyli Balon z Więckowic i Olszyny funduje kościół w Olszynie i wyposaża go.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam humani status . . . .[1]) continuis . . . .[2]) defectibus pariter suppressa periculorum oneribus, ad corruptelam quidem corporis anime vero perpetuam vivedinem, proinde ego Derslaus alias Balon, heres de Wanczkovicze[3]) nec non de Olschina, humili pre . . . . .[4]) ctu, cupiens atque affectans quibusdam elemosinarum stipendiis faciem nostri iudicis, domini nostri Ihesu Christi devocius ac fervencius prevenire et in eo maiori posse nostri racionis, quam meis merui facinoribus, aliquamtenus leviare . . .[5]) missionem meorum peccaminum, meorumque antecessorum, successorum, progenitorum, vivorum ac mortuorum ac mea salute, ecclesiam parochialem in Olschina[6]) territorii districtusque Cracouiensis ad gloriam et laudem Dei omnipotentis, Spiritus sancti visitacionisque sanctae Dei genitricis Marie virginis necnon sancti Iohannis appostoli et ewangeliste per me constructamque et edificatam presentibus duxi de bonis michi a domino Deo collatis et concessis dotandam et dote per presentes atque donisdacione et munere infrascriptis irrevocabiliter, perpetue, firmo: primo namque do et confero ad antedictam ecclesiam in Olschina unum mansum liberum a metis Stanislai dicti Bobek, thabernatoris, usque ad limitacionem Petri Iankowicz, excepto solum ortulano, de quo manso pertinet eciam decima pro mensa domini episcopi Cracouiensis; item do domum rectori et qui pro tempore fuerit in fine mansi prescripti et dotem pro scola cum orto eidem scole prope adiacente ibidem in Olschina, que de facto iam a tempore ad ecclesiam memoratam dinoscuntur pertinere; do insuper unum iuger alias Brodlisca, quod iacet prope ripam fluvii Dunayecz et agrum dictum Osztrowiecz, qui iacet inter prata ville mee Szukman; do eciam et confero de quatuor thabernis meis, videlicet de tribus in Olschina et quarta thabernis in Rosztoka, duas marcas mei census proprii, quod thabernatores iamdictarum quatuor thabernarum et ipsorum successores et qui eosdem agros thabernarum pro tempore coluerit, quilibet predictorum singulis annis ad festum sancti seorsum Martini, communis pecunie rectori eidem

---

[1]) Dwa lub trzy wyrazy zupełnie wypełznięte. [2]) Jeden lub dwa wyrazy zniszczone. [3]) Więckowice w powiecie brzeskim. Porównaj *Długosz*: *Lib. Ben.* II, 306. [4]) Kilka liter zniszczonych. [5]) Kilka liter zniszczonych. [6]) Olszyny, wieś w dzisiejszym powiecie brzeskim. Porównaj *Długosz*: *Liber Beneficiorum* II, 24, 272, 306.

ecclesie servienti et qui pro tempore fuerit, dabit per mediam marcam, non obstante eciam, quod si dicte quatuor thaberne expost successu temporis in destruccionem redigerentur, vel alias destruerentur, tum quicunque hos agros dictarum quatuor thabernarum coluerit, ita sit heres vel kmetho, nichilominus plenarie census prescriptos rectori eiusdem ecclesie et qui ad tempus fuerit, de expressatis quatuor thabernarum areis temporibus perpetuis persolvetur; insuper eciam do de meo molendino hereditatis mee Olschina, ubi nunc est vel ubicunque in hereditate predicte ecclesie parochialis Olschina edificabitur vel poterit edificari, duos choros farine, in quolibet mense singulis annis per plebanum et qui pro tempore fuerit, percipiendos; insuper do et confero eidem rectori dicte ecclesie presidenti et qui pro tempore fuerit, omnes mensuras braseorum de predicto meo molendino, plebanum vero et qui pro tempore fuerit, ab omni gravamine laboris eiusdem molendini perpetue eximo et liberto; item do et confero dicto rectori et qui pro tempore fuerit, tres marcas prompte pecunie mei census proprii de quinque areis sive agricolis et sexta thaberna ac communis in villa hereditatis mee Grabno, [7]) videlicet de agris Clissz Szutha, Stanislai Pyechowicz, Andree Barglowicz, Iacobi Szandziez et predictorum legitimis posteris vel eciam quicunque agros eosdem coluerit, ita sit heres vel kmetho, nichilominus tamen de predictis quinque areis ac sexta thaberna ad festum sancti Martini annis singulis, temporibus perpetuis, rectori sepedicto et qui pro tempore fuerit, plenus census persolvetur; do insuper de duabus areis hereditatis mee Rosztoka, [8]) videlicet de area Zolandz et area Baran, quod predicti duo kmethones de prescriptis duabus areis et ipsorum legitimi successores vel quicunque eosdem agros duarum arearum coluerit, sit dominus vel kmetho, tamen de sepe memoratis areis duabus eidem rectori et qui pro tempore fuerit, ad festum sancti Martini annis singulis quilibet seorsum communis pecunie dabit per mediam marcam; item do rectori eidem unum lacum liberum in villa hereditatis mee Rosztoka cum omni iure pro sua mensa pisces piscari habere facultatem, nichil iuris et dominii pro me et meis legitimis successoribus penitus reservando; item do et confero eidem rectori et qui pro tempore fuerit, omnimodam facultatem et libertatem in silva dicta Rosztoka ligna seccandi, scindendi pro suis usibus ac edificiis ipsius; do eciam rectori supranotato et qui pro temporo fuerit, libertatem scrophas et porcos pascendi in prescripta silva et in aliis omnibus mericis, que sunt in mea hereditate ac alia peccora tempore fertilitatis glandinum et bukwa; insuper confero sepefato rectori et qui pro tempore fuerit, omnem libertatem pisces piscandi in hereditate Rosztoka fluvii Dunayec cum omnibus rettibus (*sic*), sagena, gulgustro alias Drgubicza et cum plachta. Item quatuor thabernatores prius tacti, quociens

---

[7]) Grabno, w dzisiejszym powiecie brzeskim, o $^1/_2$ mili od Wojnicza. Porówn. *Długosz*: *Lib. Ben.* II, 306.

[8]) Rostoka, wieś w powiecie brzeskim. Por. *Długosz*, *Lib. Ben.* II, 272.

de civitatibus cerevisiam duxerint, tociens unam mensuram, wulgariter dictam Scopyecz, a quolibet octuali cerevisie rectori ecclesie et qui pro tempore fuerit, singulis annis temporibus perpetuis dare tenebuntur. Item Matrasch, thabernator in Olschina, ac sui legitimi successores et quicunque in eadem area predicti Matrasch successu temporis sederit, rectori prefato et qui pro tempore fuerit, unum lapidem sepi [9]) ad festum sancti Martini temporibus perpetuis dare tenebitur et debebit. Colonus vero quilibet sive kmetho in Olschina rectori ecclesie et qui pro tempore fuerit, ad festum sancti Martini unum chorum tritici de quolibet lanco bene mensuratum dare tenebitur et debebit. Ac eciam in Szukman [10]) quilibet kmetho sive agricola de quolibet lanco ad festum sancti Martini rectori, pro tempore existenti, unum chorumt ritici dare tenebitur et debebit. Insuper quilibet agricola in Skodna [11]) similiter eidem rectori pro tempore existenti ad festum sancti Martini temporibus eviternis unum chorum silignis dare debebit. In Grabno eciam quilibet agricola de quolibet lanco ad prefixum festum rectori, pro tempore existenti, unum chorum siliginis dare debebit. Item do et confero in villa mea Rosztoka omnem avenam, pro me spectantem post omnes agros, quicunque ipsos nunc arat, idem eciam pro tempore coluerit, sive sit heres sive kmetho, tamen avena prescripta ex pleno rectori, pro tempore existenti, ad festum beati Martini dabitur indilate; item ut nulla alia persona, nisi sit actu presbiter, dicte ecclesie in Olshina investituram aut possessionem realem et corporalem valeat obtinere, cuius quidem ecclesie parochialis in Olschina iuspatronatus michi et meis legitimis successoribus semper reservo. Hoc eciam minime pretermisso, quod si expost successu temporis rector sive plebanus aliud quodcunque melius et pocius beneficium assequutus fuerit, quod extunc statim post assecucionem beneficii eiusdem, ecclesiam predictam in Olschina in manus reverendi domini episcopi Cracouiensis debebit et tenebitur resignare. In quorum omnium testimonium et robur maioris firmitatis sigillum meum presentibus est appensum. Datum et actum in Olschina dominico proximo post festum sancti Martini confessoris gloriosi anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, testibus his presentibus honorabilibus, discretis, nobilibus Nicolao Plebano de Zirzawa nec non Conventore ecclesie parochialis de Woynicz, Petro Altarista, Stanislao alias Wargaczowicz olim Vicario de Woynicz, Stanislao Nicolai de Rosprza alias Zukonis, Stanislao herede de Wyelawesz, Stephano herede de Ianowiecze et aliis quampluribus fide dignis.

Oryginał znajduje się w Zakładzie nar. im. Ossolińskich pod nr. 552. Pieczęć wraz z sznurkiem na którym była zawieszoną zaginęła.

---

[9]) *sepum-sevum-sebum* łój, sadło. [10]) Sukmanie, wieś w powiecie brzeskim, parafii olszyńskiej. [11]) Skodna, w powiecie ropczyckim.

LXXXIX.

We Lwowie 26. Września 1442 r.

Kanonicy lwowscy poświadczają, że rajcy miasta Lwowa wypłacili im 121 grzywien na wykupno sołtystwa w Wierzbiążu, które im zapisał w testamencie Mikołaj Hecht.

Nos Petrus custos, Nicolaus Korna, Laurencius Grodecensis, Iohannes Bortardi, Nicolaus Olechowsky, Petrus Prochniczky, Nicolaus Proschewita, Iohannes Sculteti, Nicolaus Craszka, Daniel, canonici Leopoliensis eclesie recognoscimus tenore presencium, quibus expedit [1]), universis: quod famosi viri consules civitatis Leopoliensis centum et viginti cum una marcas racione testamenti olim Nicolai Hecht [2]) pro usu nostro presertim pro exempcione scultecie in villa Wirzbyansch nobis realiter dederunt et manibus nostris integraliter presentaverunt cum effectu, nichil penitus debiti in eisdem post se relinquentes; de quibus predictos consules quitamus liberosque de eisdem dimittimus perpetuo et solutos. Horum in evidenciam sigillum capituli predicte ecclesie Leopoliensis presentibus est appensum. Datum in Leopoli feria quarta in vigilia sancti Stanislai in autumpno anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

Oryginał na pergaminie znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 165. U dołu na okrawku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa kapituły lwowskiej, której cała gałka i tło jest z ciemnozielonego wosku. Przedstawia ona lwa wspinającego się i była już po kilka razy w zbiorze tym opisywana.

XC.

We Lwowie 11. Grudnia 1442 r.

Piotr Odrowąż ze Sprowy, wojewoda lwowski i starosta samborski i halicki, poświadcza, że Jan Zubrski zapłacił Stefanowi, mieszczaninowi z Gródka, za sołtystwo w Zubrzy 50 grzywien.

Nos Petrus Odrowasz de Sprowa, palatinus Leopoliensis necnon Samboriensis et Haliciensis capitaneus, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo,

---

[1]) Wyrazu tego w oryginale niema. [2]) Porównaj powyżej dok. nr. LXXXVI, tudzież tom II. str. 104 i tom IV, str. 108 i 109.

dum in civitate Leopoliensi convencionaliter Sabbato Concepcionis Virginis gloriose fuimus constituti personaliter cum terrigenis nostris, videlicet magnificis, strenuis et nobilibus dominis Nicolao Parawa, Iohanne Knehniczski castellano Haliciensi, Tharlo capitaneo de Strig, Nicolao Gologorski, Nicolao Clusz de Vissznyani, Petro Wnuczkone de Cuthnya, Iohanne Zubrski, Andrea Malechowski, Nicolao de Polaschewo iudice castri Leopoliensis et aliis multis fide dignis ibique loco iudicii terre Leopoliensis propter carenciam eiusdem cum nobili Iohanne Golambek de Zymna Woda subiudice terre Leopoliensis, et dominis supra descriptis iudicionaliter presidebamus, tandem constitutus personaliter nobilis Iohannes Zubrski recognovit, quia solvit provido Stephano, civi de Grodek, pro scultecia in Zubrza [1]) quinquaginta marcas Polonicales communis pecunie, XL et octo grossos marcam in quamlibet computando; qui Stephanus predictus, coram iudicio similiter constitutus, recognovit, quod easdem qunquaginta marcas sibi Iohannes predictus Zubrski solvit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo subiudicis presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria tercia proxima post festum Concepcionis Marie anno domini M° quadringentesimo XL secundo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 166. U dołu na prążkach pargaminowych wiszą dwie pieczęci woskowe, z tych pierwsza Piotra Odrowąża, znacznie zniszczona, druga Jana Gołąbka przedstawiająca odcisk herbu Gryf.

XCI.

We Lwowie 8. Lutego 1443. r.

Jan z Czyżowa, kasztelan i starosta krakowski i namiestnik królewski, poświadcza, że Jan z Zubrzy zapisał cały swój majątek nieletnim swym synom Janowi i Mikołajowi i wyznaczył na exekutora testamentu i opiekuna tych dzieci Mikołaja z Gołogór, podczaszego lwowskiego.

Iohannes de Czyszow castellanus et capitaneus Cracouiensis ac serenissimi principis et domini nostri Regis graciosissimi in Regno Polonie locumtenens, fatemur publice universis, presentibus et futuris, quibus expedit: quomodo in nostri ac dominorum consiliariorum in dieta Lamburgensi pro celebritate Purificacionis alme Marie virginis corrogatorum presenciam veniens personaliter generosus dominus Iohannes de Zubrza, sanus mente et compos racionis existens, non compulsus, non coactus neque aliquo dolo sinistro circum-

---

[1]) Zubrza, wieś pod Lwowem często w zbiorze tym zachodząca.

ventus, quyn ymo de sua mera, bona et ultronea voluntate, volens finem vite sue extremum sine quavis suorum fratrum consangwineorum at amicorum quorumlibet agittacione, intuitu suorum bonorum universorum, mobilium et immobilium, terminare et in pacis ubertate suos filios legittimos nobiles Iohannem et Nicolaum, aduc in tenera iuventute perseverantes, in singulis bonis hereditariis deserere post suum, Deo sinente, decessum, ut eo ferveneius etatem provectam consequentes pro sua salute Conditorem orbis incessanter deprecarentur et eo vigillancius ipsius animam in iugi memoria bacularent, ipsos suos filios pretactos ac omnia sua bona mobilia et immobilia, hereditates, possessiones, curias, aurum, argentum, pecunias, bowes, equas indomitas, owes ac peccora universa et singula utensilia domus, que habet et est habiturus, mox, Altissimo permittente, post suum obitum sive mortem generoso domino Nicolao de Gologori, subdapifero Leopoliensi, in tutoriam contulit et legavit sive comisit ac ipsum in tutorem certum legittimum et indubitatum dictorum filiorum et bonorum universorum superius expressatorum prefecit, ordinavit et legittime constituit, nostris sciencia et consensu prehabitis ad premissa; qui prefatos pueros et ea bona hereditaria, singula et universa, superius nominata, servabit, habebit, tenebit, gubernabit, proteget et possidebit, nonnisi ad annos discrecionis filiorum pretactorum; qui pueri dumcumque ad annos discreciores pervenerint, mox tunc idem Gologorsky in manus eorumdem puerorum sine quovis exquisito colore bona hereditaria, mobilia et immobilia ac universa prenotata in auro, argento, pecuniis etc. dare, resignare, condescendere et realiter tradere cum effectu irrecuse debebit, viceversa nullas occasiones penitus super inde faciendo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus et subappensum. Actum et datum in parlamento generali Leopoliensi feria sexta post celebritatem sancte Dorothee anno millesimo quadringentesimo XL^{mo} tercio, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre et domino Iohanne Dei gracia Archiepiscopo necnon magnificis et generosis dominis Petro Odrowansch de Sprowa Palatino et Capitaneo, Schenkone de Schennow Castellano Leopoliensibus, Iohanne de Kuchinicze Haliczicnsi Castellano, Nicolao Stadniczsky Supremo Cubiculario Regie Maiestatis ac ceteris dominis consiliariis et terrigenis in eadem convencione generali degentibus valde multis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 168. U dołu pieczęć woskowa na rzemyku pergaminowym zawieszona z herbem Półkozic i napisem w otoku S. JOHANNIS DE CZYSCHOW . . . .

XCII.

We Lwowie 15. Marca 1443 r.

Piotr Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ziemi Ruskiej, poświadcza, że między Małgorzatą, córką Jana Zubrskiego a żoną Jana Gołąbka z Zimnowody, a ojcem jej Janem Zubrskim stanął układ o jej macierzyste dobra.

Nos Petrus Odrowansch de Sprowa palatinus et capitaneus terre Russie generalis significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo, dum in civitate Leopoliensi feria sexta proxima post dominicam Invocavit iudicialiter residebamus cum strenuis et generosis dominis videlicet Nicolao Parawa de Lubyn capitaneo Haliciensi, Nicolao Gologorsky subdapifero Leopoliensi, Petro Romanowsky, Wlothcone de Byelka, tamquam arbitris, tandem prout generosa Margaretha, filia nobilis Iohannis Zubrsky, conthoralis nobilis Iohannis Golambek de Zymnawoda, subiudicis terre Leopoliensis, iuxta antiquas cittaciones citaverit pro maternis bonis derelictis in Zubrza nobilem Iohannem Zubrsky, patrem suum; extunc veniens nobilis et studiosus Iohannes, filius Iohannis Golambek subiudicis, etatis quindecim annorum, evicit dictam Margaretham, matrem suam, et alios fratres atque sorores suas, pro eisdem bonis maternis alias o maczerzyszna et ibidem inter easdem partes, veluti arbitri et amicabiles compositores, composuimus, arbitravimus et invenimus, quia Iohannes Zubrsky satisfecit pro maternis huiusmodi bonis hereditatis, Zubrza dictis, Margarethe et filiis atque filiabus ipsius Margarethe; et ideo dicti nepotes alias wnukowe Iohannis Zubrski ipsum prefatum Iohannem Zubrski demiserunt liberum et absolutum. Idcirco nos palatinus prefatus cum dictis arbitris imposuimus ipsis Iohanni et fratribus ac filiabus perpetuum silencium, de cetero nunquam ipsum Iohannem Zubrsky nec eius filios atque filias pro eisdem bonis maternis impedire, eviterne et in evum sub pignore alias pod zakladem mille marcarum. Super quo Iohannes Zubrsky adiudicatum solvit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Leopoli die, loco et presentibus, quibus supra. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 167. U dołu na rzemykach pergaminowych pieczęć woskowa zawieszona z herbem Odrowąż.

XCIII.

We Lwowie 22. Maja 1443 r.

Ławnicy miasta Lwowa poświadczają, że Mikołaj były sołtys lwowski zapisał żonie swej Jadwidze wszelkie sprzęty, połowę domu w Rynku lwowskim i połowę swej ruchomej i nieruchomej własności.

Nos scabini civitatis Leopoliensis: Iohannes institor, Nicolaus Kazmer, Iohannes Groschil, Iohannes Lewsenknottil (*sic*) [1]), Simon pellifex, Laurencius Bolcz, Iohannes Langenaw, Iohannes Niger, Alexius Niclos Czepner notum facimus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod in nostri banniti iudicii presencia, cui honestus Laurencius Rewsse, noster advocatus presidebat, constitutus personaliter famosus vir Nicolaus scultetus antiquus, civis noster dilectus, non compulsus nec coactus neque aliquo errore seductus, quinymo sanus corpore atque mente et bona sui deliberacione virtuose domine Hedwigi, uxori ipsius legittime, omnia et singula perafernalia (*sic*) et suppellectilia, que vulgariter gerade nuncupantur, parwa et magna necnon medietatem domus in circulo Leopoliensi penes domum Nicolai Zinreich fundamentaliter sitam atque etiam medietatem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium, in et extra civitatem Leopoliensem ac ubicumque locorum, in quibuscumque rebus, mercibus et pecuniis existencium, que nunc habet et in futurum habere seu acquirere poterit, dedit, donavit et realiter assignavit, ita quod, si predictum Nicolaum scultetum prius ab hac luce decedere contingerit (*sic*) quam predictam dominam Hedwigim, uxorem eius, tunc eadem domina Hedwigis post eiusdem Nicolai sculteti, mariti sui legittimi, obitum predicta suppellectilia seu perafernalia, ut premittitur, omnia et singula ac eciam medietatem predicte domus medietatemque omnium bonorum mobilium et immobilium, hic et ubique existencium, debebit tenere, habere ac pacifice possidere necnon vendere, commuttare, donare ac in usus ipsius beneplacitos convertere, absque contradictione omnium et singularum personarum seu cognatorum; proviso itaque, quod si predictam dominam Heduigim prius ab hac luce decedere contigerit quam predictum Nicolaum scultetum, tunc idem Nicolaus scultetus data et soluta heredibus seu proximis cognatis eiusdem domine Hedwigis tercia parte predictorum omnium bonorum mobilium et immobilium, duas partes eorundem bonorum obtinebit, iuxta exigenciam statuti et arbitrium predicte civitatis Leopoliensis; proviso itaque quod predicta domina Hedwigis

---

[1]) Jest to pewnie często w zbiorze tym zachodzący *Eizenhuttel*.

piscinam in villa Zunmersteyn [2]), ante curiam situatam, cum omnibus eiusdem piscine usibus, piscibus et piscaturis pro usu suo ad vite ipsius dumtaxat tempora obtinebit. Datum in Leopoli feria quarta proxima post festum sancte Zophie [3]) vidue inclite ante meridiem vero loco iudicii civilis anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio; nostri scabinalis officii sigillum presentibus est appensum in evidenciam premissorum.

Oryginał w archiwum m. Lwowa nr. 169. U dołu na pergaminowym odcinku pieczęć woskowa ławnicza.

XCIV.

W Budzie 3. Lipca 1443 r.

Władysław Warneńczyk pozwala mieszczanom kołomyjskim założyć u siebie łaźnię, wagę, targ na mięso i postrzygalnię sukna.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quomodo tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incommodis, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gracia, Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, Rascie, Sclauonie, Seruie, Ranie (*sic*) etc. Rex necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cniauie, Lithuanie princeps supremus Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod, quia civitas nostra Colomiensis in metis existit et quasi in faucibus hostium nostrorum posita, a quibus proch dolor in transactis temporibus propter indebitam eius fortificacionem graves invasiones et incendia pertulit et passa est, ut igitur hec ipsa civitas et sui inhabitatores a tot et tantis periculis in futurum preservari possint, nostra suffulti gracia et liberalitate, fidelibus nostris civibus ibidem pro emendacione eiusdem civitatis balneum ibidem civile cum omni iure, dominio et proprietate, censu quoque et totali utilitate ac proventu necnon omnes ortos, iuxta ipsam civitatem habitos, et prout ipsos in presenciarum tenent, similiter cum omni censu et totalibus utilitatibus, que ibi

[2]) Zamarstynów wieś pod Lwowem. [3]) Św. Zofii (15. maja) przypadało w r. 1443 na środę a więc *feria quarta*, następna *feria quarta* przypadała zatem dopiero za tydzień potem czyli na 22. maja, jak napisaliśmy w rozwiązaniu. Uderzaćby mogło, że pisarz dzień ten oznacza podług tak odległej, aż o tydzień, daty, mając pod ręką o wiele bliższą: *dominica Cantate*; być więc może, że zaszła tu omyłka mianowicie, że zamiast *quarta* stać powinno *quinta;* w takim razie wypadałby dzień ten na 16. a nie na 22. maja.

modo sunt, aut eorum industria adaugeri possint, duximus graciose conferendas, damusque donamus et presentibus conferimus in evum. Item dictis civibus Colomiensibus damus et concedimus per presentes plenam facultatem teutinam (*sic*) seu stateram, vulgariter waga, ibidem in civitate erigendi et parandi, ad librandos sales et exinde censum possibilem in perpetuum percipiendi, taliter, quomodo nulli homini licebit in villis quibuslibet, in districtu predicte civitatis ubilibet consistentibus, stateras huiusmodi salium habere aut libraciones eorundem salium exercere et facere quoquomodo, preter quam in civitate suprascripta; in contrarium autem facientibus volumus et presentibus decernimus, per capitaneos nostros, ibidem pro tempore existentes, arrestari debere, et a talibus stateris et libracionibus salium huiusmodi cohiberi. Demum ex quo propter pluralitatem populi inde plurimum confluentis, sicut pro parte ipsius civitatis nobis dicitur, ob defectionem fori generalis carnium habetur defectus, ideo ad preces instantes ipsorum civium presentibus statuimus in ipsa civitate forum generale pro carnibus vendendis, semel in qualibet septimana singulis diebus sabbatinis faciendum, taliter quod licitum sit a modo hominibus quibuscunque et cuiuscunque status existant, ipsum forum carnium exercere, et carnes ipsas super Schochaczki exponere et libere venundare. Insuper prefatis civibus damus et concedimus omnimodam potestatem pro commodo ipsius civitatis panni rasoriam, vulgariter postrzigalnya, erigendi et ex eadem census in evum percipiendi. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum Bude feria quarta in crastino festi Visitacionis beate Marie anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, presentibus ibidem magnificis ac generosis Laurencio alias Naderzpan de Hadrawara Regni Hungarie Palatino, Vicentio de Schamotuli Castellano Miądzirzecensi, Adalberto de Gay Vexillifero Lanciciensi, Zawissio de Borissowicze Succamerario Reginali Regni Polonie et Magistro Coquine Curie nostre, Petro de eadem Schamotuli Familiare nostre maiestatis, Nicolao de Zakrzow Curie nostre Marsalco, Nicolao Chrząstowski etiam Familiare nostre serenitatis et Iohanne Calinski Cubiculario nostre maiestatis ac aliorum quam plurimorum fidedignorum nostrorum fidelium et dilectorum ibidem presencium. Datum per manus magnificorum Ioannis de Konyeczpolie Cancellarii et Capitanei terre nostre Siradiensis ac Petri de Szczekoczin Regni nostri Polonie Vicecancellarii, sincere nobis dilectorum.

Relatio magnifici Petri de Sczekoczin, Regni nostri Polonie Vicecancellarii predicti.

Wydrukowano według kopii z XVI wieku, znajdującej się w kopiaryuszu w archiwum miasta Lwowa: III, A, 223 pag. 146 — 148.

XCV.

W Budzie 3. Lipca 1443 r.

Władysław Warneńczyk pozwala mieszczanom kołomyjskim założyć u siebie woskobojnię, a król Zygmunt I. transsumuje i potwierdza ten dokument wraz z innymi w Krakowie na dniu 7. Kwietnia 1517 r.

Wladislaus Dei gracia Polonie, Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod nos volentes nobis et tezauro nostro in civitate nostra Colomiensi, que in metis sitta est inducere censum congruentem et cere pressoria inde erigenda et facere unum locum communem pro torquenda cera ibidem, ubi alias per quoslibet ipsa cera specialiter torquebatur sine aliquo proventu nobis debenti, de industria itaque civium nostrorum consulum civitatis nostre predicte Colomiensis confisi, ipsis plenam concessimus et presentibus concedimus facultatem, huiusmodi cerepressoriam, vulgariter Woskoboynya, erigendi et parandi, ex eademque censum possibilem per eosdem et iuxta ipsorum sanccionem in profectum civitatis illius tam diu percipiendi, quando nos in illa civitate feliciter et personaliter constituemur; unde nulli amplius licitum sit torquere ceras in specialibus locis, sed quilibet nostrorum subditorum ceras huiusmodi ad torqendum ad eandem civitatis cerepressoriam deportare sit astrictus et ad id per ipsos consules tales quemlibet cogi volumus et compelli. Insuper volentes, ut prefata civitas nostra Colomiensis, que in metis sitta est, eo melius fortificari possit, et ab hostili incursu e casu contingenti facilius preservari, predictos consules et quosvis cives et incolas eiusdem civitatis a stacionibus nostris seu stacionalibus, necessariis nobis et alio cuipiam, reddendi presentibus absolvimus et liberamus tamdiu, quousque nos in prescripta civitate personaliter constitui contingat, tunc enim primo nobis de ipsis stacionibus solitis et consuetis in adventu nostro felici et proximo respondere tenebuntur. Quocirca tibi generoso Muziloni de Buczacz, capitaneo Colomiensi, mandamus per presentes, omnino habere volentes, quatinus prefatos consules atque cives nostros Colomienses de solvendis stacionibus seu stacionalibus necessariis nostris nullatenus impedire presumas usque ad adventum felicem nostre maiestatis ibidem proximum, et aliud non facturus pro gracia nostra et indignacione multum gravi. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Bude feria quarta in crastino festi Visitacionis Marie anno domini 1443.

Relacio magnifici Petri de Szekoczini Regni Polonie Vicecancellarii.

Dokument ten znachodzi się w kopiaryuszu miasta Lwowa III. A, 223, pag. 143 i 144, i to w transsumcie króla Zygmunta I. z r. 1517 przepisanym w XVI. wieku. Transsumt ten zaś tak opiewa:

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie necnon Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie, Prussie ac Culmensis, Elbingensis, Pomeranie etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris: quomodo coram nobis constituti personaliter honesti viri advocatus, proconsul et nonnulli consules suo et tocius comunitatis opidi nostri Colomiensis nominibus exhibuerunt originaliter literas et privilegia civilia sua inferius scripta, petentes eas et in unum nostrum privilegium transsumi nostreque maiestatis munimine roborari tenoris subsequentis:

Tutaj następuje pięć dokumentów w zbiorze tym we właściwych miejscach, wydrukowanych a mianowicie: 1) Władysława Jagiełły z 4. Października 1424 r. (T. IV. Nr. 67.) 2) Kazimierza Jagiellończyka w Krakowie: *feria tercia post Dominicam Iudica* (16. Marca) 1456; 3) Kazimierza Jagiellończyka we Lwowie: *die Dominica Ramis Palmarum* (6. Kwietnia) 1460; 4) Jana Czyżowskiego w Kolomyi: *feria secunda post festum Corporis Christi* (15. Czerwca) 1444; i 5) umieszczony powyżej Władysława Warneńczyka. Potem brzmi potwierdzenie daléj:

Proinde nos Sigismundus Rex supplicacionibus dictorum civium et subditorum nostrorum Colomiensium iustis et racionabilibus benigniter inclinati existentes, literas omnes preinsertas in hoc unum privilegium nostrum transsumi et reduci decrevimus, et reduximus in effectu, premissa omnia in eisdem literis nostris reductoriis contenta, expressa et specificata, presertim in quorum possessione existunt, et etiam salvis per omnia manentibus contractibus et ordinacionibus tempore felicis regiminis nostri quocumque tempore cum magnifico Woywoda Moldauie et Moldauis tactis auctoritate maiestatis nostre ac de certa sciencia nostra aprobavimus, prout et aprobamus, ratificamus et confirmamus, decernentes omnia et singula premissa robur firmum et perpetuum habitura presencium tenore mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Craconie in Convencione Generali, feria tercia post dominicam Ramispalmarum proxima (*7. Kwietnia*) anno domini Millesimo quingentesimo decimo septimo, presentibus reverendissimis et reverendis in Cristo patribus dominis Ioanne de Lasko Archiepiscopo Gneznensi, Legato Nato et Primate, Ioanne de Conary Cracouiensi, Mathia de Drzewicza Wladislawiensi, Petro de Thomicze Poznaniensi et Regni nostri Vicecancellario, Raphaele de Leschno Electo Plocensi, Laurencio Miądzileski Camenecensi Episcopis, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Nicolao de Dąmbrowicza Castellano Cracouiensi, et Exercituum Regni nostri Campiductore, Cristophero de Schidlowiecz Palatino et Capitaneo Cracouiensi ac Regni nostri Cancellario, Nicolao de Lubraniecz Poznaniensi, Andrea de Thączin Sandomiriensi, Ioanne de Calinowa Calisiensi, Stanislao do Koszczielecz Siradiensi et Capitaneo Mariemburgensi, Nicolao de Skampe Brestensi, Ieronimo de Lasko Iunywladislauiensi, Otta de Chodecz Russie, Martino de Kamieniecz Podolie Palatinis, Luka de Gorka Castellano Poznaniensi et Capitaneo Maioris Polonie Generali, Nicolao de Schidlowiecz Sandomiriensi et Regni nostri Tesaurario, Venceslao de Ostrorog Calisiensi Castellanis, Stinislao de Chodecz Regni nostri et Capitaneo Leopoliensi, Petro de

Wisnicze Curie nostre et Capitaneo Premisliensi Marsalcis, Ioanne Latalski Gneznensis, Cracouiensis et Lanciciensis, Ioanne Carnkowski Scarbimiriensis et Canonico Cracouiensi, Paulo Crassowski omnium sanctorum Cracouiensis Ecclesiarum Prepositis, Secretariis nostris et aliis pluribus dignitariis, officialibus ac curiensibus nostris ad premissa testibus fide dignis sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati Magnifici Christopheri de Schidlowiecz, in Sczmielow et Magna Opathow, Palatini et Capitanei Cracouiensis ac Regni Polonie Cancellarii, tum Siradiensi, Schochaczowiensi, Gostinensi ac Noue Civitatis Corczyn etc. terrarum Capitanei, sincere et grate nobis dilecti.

Cristoferus de S. p. et c. Crac. ac R. P. Cancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem magnifici Cristoferi de Sidlowiecz Palatini et Capitanei Cracouiensis ac Regni Polonie Cancellarii.

XCVI.

W Wiślicy 14. Listopada 1443 r.

Piotr z Weszmuntowa sędzia i Jan z Sławoszowic podsędek, ziemscy sandomierscy, przyznają Piotrowi z Pieskowej Skały, podkomorzemu krakowskiemu, posiadanie miasteczka Secemina z Bychnowem i przynależnościami, na niekorzyść Anny, Katarzyny i Elżbiety, córek Elżbiety, żony Jana z Górki.

Nos Petrus de Weschmuntow iudex et Iohannes de Slawoschovicze subiudex terre Sandomiriensis generales significamus tam presentibus quam futuris, quibus expedit, universis, presencium per tenorem: quomodo domine nobiles videlicet Anna, Katherina et Elizabeth, filie Elizabeth consortis nobilis Iohannis de Gorka, nobilem et generosum ac magnificum dominum Petrum de Pyeshkowa Scala, subcamerarium Cracouiensem, citassent et concitassent ad terminos colloquiales awi et parentis predicti domini Petri subcamerarii pro opido dicto Seczemyn [1]) et villis pertinentibus ad ipsum opidum, videlicet Bychnow et suburbio predicti opidi et aliis, queque pertinent ad ipsum opidum; tandem in termino peremptorio colloquiali predicte domine Anna, Katherina et Elizabeth non paruerunt neque parere curaverunt, acto res existentes, ipso domino Petro succamerario Cracouiensi comparente. Sed quia maior est contumacia actoris quam rei, unde nos, visa iusticia prefati domini Petri succamerarii et non iurabilitate iam dictarum dominarum Anne, Katherine et Elizabeth prefatum opidum Seczemyn cum villis et aliis omnibus utilitatibus,

---

[1]) Secemin zachodził już w poprzednich dokumentach. Porównaj *Baliński i Lipiński Star. Polską* II, 392.

ad ipsum opidum pertinentibus, nichil penitus ibidem excipiendo, memorato domino Petro, succamerario Cracouiensi, adiudicavimus, sentenciavimus et presentibus adiudicamus, nostra sentencia diffinitiva mediante, predictis vero Anne, Katherine et Elizabeth et earum legittimis heredibus pro predicto opido Seczemyn et villis ad ipsum pertinentibus perpetuum silencium imponentes. Harum quibus in testimonium literarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Wiszlicie in colloquio generali feria quinta proxima post festum sancti Martini anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, presentibus hys magnificis dominis videlicet Iohanne de Thanczyn Cracouiensi, Iohanne de Olyeschnicza Sandomiriensi Pallatinis, Crzeszlao de Kuroszwak Castellano Wiszliczensi, Stanislao de Gorzicze Malogoszczensi, Iacobo de Morawyani Czechouiensi Castellanis, Bartossio de Gori Iudice Cracouiensi ac aliis multis fide dignis.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany. U dołu wiszą dwa pergaminowe paski, na których pierwotnie dwie dziś brakujące pieczęci wisiały. Własność Zakładu narodowego im. Ossolińskich.

XCVII.

W Kołomyi 10. Lutego 1444 r.

Jan z Czyżowa, kasztelan i starosta krakowski i namiestnik królewski, wraz z assesorami rozkazuje Michałowi Mużyle z Buczacza, staroście kołomyjskiemu i śniatyńskiemu, aby nie pobierał od mieszczan lwowskich cła w Kołomyi, dodając, że w Śniatynie ustanowione tam cło płacić powinni, wyjąwszy od ryb.

Nos Iohannes de Cziszow, castellanus et capitaneus Cracouiensis locumque serenissimi domini nostri Regis graciosissimi in Regno Polonie tenentes, recognoscimus et significamus universis et singulis, presentibus et futuris, quibus nosse opus est: quod, cum nunc cum magnificis et generosis Petro Odrowonsz de Sprowa, palatino Leopoliensi totiusque terre Russie capitaneo generali, Iohanne de Knyehnicze domino Haliciensi, Nicolao Parawa de Lubin capitaneo Rohatinensi et Haliciensi nec non Nicolao de Gologor et generoso Michaele Musilo de Buczacz capitaneo Colomiensi et Snatinensi ceterisque omnibus capitaneis et dominis in terra Russie constitutis convencionem generalem in Colomia celebraremus ibique personaliter constituti famosi consules civitatis Leopoliensis agentes coram nobis et predictis dominis universis de teloneo, quod per generosum dominum Michaelem Musilo, capitaneum etc. predictum, Colomie institutum fuisset et ab inicio ibidem nunquam per quempiam datum esset et in communem aggravacionem mercatorum contra iura et antiquas

consuetudines dationes huiusmodi exigeret, statuentes denique quamplures nobiles dominos et pariter consules Colomienses coram nobis, qui omnes concorditer publice recognoverunt et professi sunt, teloneum prelatum de iure esse non debere, quoniam contra ius et consuetudinem esset institutum et ab eterno nunquam ibi datum. Quod nos audientes et rem ipsam plenius perscrutantes, cogitavimus tali gravedini in tempore obviare, ne ex successiva ipsius telonei exaccione hoc ipsum in consuetudinem et ius suboleret. Quocirca ex decretu nostro et predictorum dominorum et ex vigore atque auctoritate nostra regia speciali, qua fruimur et utimur, statuimus et precipimus predictum teloneum, per dominum Musilo Colomie positum, fore totaliter deponendum per ipsum nec per quemlibet eius successorem capitaneum Colomiensem, quicumque fuerit, ab ipsis consulibus memoratis nec ab eorum concivibus, inhabitatoribus, cuiuscunque nacionis aut liguagii sint, neque ab eorum suburbanis universis et ceteris mercatoribus nullum teloneum a quibuslibet rebus, mercanciis nec animalibus universis in perpetuum fore exigendum, recipiendum, ita quod pergentes et regredientes per capitaneatum colomiensem predictum liberi ab omni teloneo esse debent et soluti in eternum, neque aliquod teloneum ibidem nunquam esse erigendum. De teloneo Snatinensi, de quo similiter causa erat, statuimus auctoritate nostra regia et ex decreto dominorum predictorum circa antiquam consuetudinem ibi tentam taliter perpetuo fore observandum, quod predicti consules et sui, ut supra ac eciam ceteri, talimodo teloneum dare tenebuntur et non magis de curru bobali onerato sex grossiculos; de curru vero onerato, equis eum ducentibus, quatuor grossiculos; de bove libero aut vacuo gradiente unum grossiculum et de equo quoque libere meante similiter unum grossiculum Ruthenicales; de piscibus autem ibidem perducendis, cuiuscumque generis sint, nemo eorum nichil quiquam dare nec recipere tenetur, quoniam iure ad id non sunt obligati. Quare tibi generoso Michaeli Musilo, capitaneo Colomiensi et tuis successoribus, qui pro tempore fuerint, vigore nostro regio, quo fungimur, comittimus et seriose mandamus, quatenus predictos consules et eorum concives singulos prefatos, et alios circa hoc decretum nostrum et dominorum memoratorum statutum illibatos conserves et conservare debeatis et vestris precipiatis, iamdicta decreta nostra regia et dominorum predictorum in nullo infringere et violare non ausuri, nec aliter facere presumatis. Harum quibus sigillum nostrum et domini Odrowonsz memorati appensum est testimonio literarum. Acta Colomie secunda feria diei sancte Scolastice virginis anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Dokument oryginalny pergaminowy znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 173 Na paskach pergaminowych znajdują się dwie pieczęci; z tych pierwsza na zwyczajnym wosku wyciśnięta tak znacznie uszkodzona, że znamion rozpoznać nie można; druga na ciemno zielonym wosku wyciśnięta, wojewody Piotra Odrowąża ze Sprowy, przedstawia odcisk herbu Odrowąż.

XCVIII.

W Kołomyi 10. Lutego 1444 r.

Michał Mużyło z Buczacza, starosta śniatyński i kołomyjski, poświadcza, jako na sejmiku kołomyjskim, niedawno odbytym, postanowiono, że mieszczanie lwowscy nie mają opłacać cła ustanowionego w Kołomyi, a w Śniatynie płacić tylko mają oznaczone w dokumencie tym kwoty.

Nos Michael Musilo de Buczacz, capitaneus Snatinensis et Colomiensis recognoscimus universis et singulis, presentibus et futuris, quibus nosse opus est: quod, cum nunc in preterita generali Colomiensi convencione, per magnificos et generosos dominos Iohannem de Cziszow, castellanum et capitaneum Cracouiensem ac locum serenissimi domini nostri Regis in regno Polonie tenentem, Petrum Odrowousch de Sprowa, palatinum Leopoliensem et tocius Russie terre capitaneum generalem, ceterosque nobiles dominos eiusdem terre Russie celebrata, constituti personaliter fuissent famosi et circumspecti domini consules civitatis Leopoliensis, proponentes causas gravedinis eorum, que eis et ipsorum inhabitantibus in partibus his inferentur, presertim vero quomodo teloneum, ab antiquo nunquam consuetum, hic Colomie instituissemus, ubi ab eis et singulis indigenis civitatis eiusdem et a ceteris teloneum dacionesque huiusmodi exigerentur contra iura et antiquas observancias, producentes ibidem publice notorios testes, plurimos nobiles dominos et alios, quam multos fidedignos, qui omnes manifeste asseruerunt: talem telonei institucionem de iure esse non debere, cum nec in preteritis temporibus nunquam id per quempiam statutum neque ab eterno ibi unquam datum fuisset, quod predicti domini, convencionem celebrantes, advertentes et audientes decreverunt et iuridice unanimiter expresserunt et edixerunt prefatum teloneum esse deponendum, per nos neque per quemvis post nos aut successores nostros in perpetuum fore recipiendum et erigendum. Quare promittimus nos et fideliter spondemus pro nobis et successoribus nostris: prefatos dominos consules omnesque et singulos eorum civitatem inhabitatores et suburbanos universos per memoratum capitaneatum nostrum Colomiense pergentes et regredientes ab omni solucione et dacione telonei facere supportatos ab ipsis consulibus nec ab eorum concivibus universis, cuiuscunque nacionis et liguagii (*sic*) sint, per nos, nostros et posteros nostros nullum teloneum a quibuscunque rebus in perpetuum exigendum et recipiendum neque id insuper ibidem nequaquam fore statuendum. De teloneo autem Snatinensi, de quo similiter inter nos contencio erat,

promittimus ex decretu predictorum dominorum universorum per nos et successores nostros circa antiquam consuetudinem perpetuo taliter fore tenendum et predicti consules et ipsorum inhabitatores et cives universi hoc modo solvere pro teloneo obligabantur et non magis de curru bobali onerato sex grossiculos, de curru onerato ducentibus equis quatuor grossiculos, de bove vero inonerato seu libere aut vacuo gradiente unum grossiculum et de equo similiter libere meante unum grossiculum Rutenicales et nil plus. Promittimus quoque de piscibus ibidem perducendis, cuiuscumque generis sint, nichil quidquam requirere et recipere, sed eorum singulos in eo incoactos servare, quam iure de ipsis nichil quicquam solvere et dare tenebuntur nec tenentur. In quorum omnium firmius testimonium sigillum nostrum appensum est presentibus. Actum Colomie et datum secunda feria diei sancte Scolastice anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 174. U dołu na rzemyku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa z wyobrażeniem na tle czarnem herbu Buczackich Habdank.

XCIX.

We Lwowie 26. Lutego 1444 r.

Jan z Czyżowa, kasztelan i starosta krakowski, namiestnik królewski, i Piotr Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, pozwalają założyć klasztor Karmelitów na przedmieściu lwowskiem przed bramą halicką.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memeriam. Nos Iohannes de Cziszow, castellanus et capitaneus Cracouiensis necnon serenissimi principis et domini domini Wladislai Dei gracia tercii Hungarie, Polonie, Croacie, Dalmacie etc. Regis in regno Polonie locumtenentes, Petrus Odrowansz de Sprowa, palatinus et capitaneus terre Russie generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris noticiam presencium habituris, ad quoscumque presens nostrum devolutum fuerit scriptum, quomodo ducti zelo pietatis et devocionis, volentes divinum cultum augere et multiplicare, ob salutem animarum nostrarum et predecessorum, ad instantes peticiones spectabilium virorum dominorum consulum Leopoliensium necnon religiosorum fratrum Steffani et Iohannis ordinis beate Marie virginis de monte Carmeli [1]) nobis porrectas, pro et super creacione et fundacione monasterii ordinis prefati in suburbio civitatis Leopoliensis ante portam Halicensem civitatis antefate Leopoliensis, secus viam in dextera parte progressive de

[1]) Porównaj dokument z 7. Października 1444 r. oddrukowany poniżej nr. CXIV.

porta Halicense civitatis predicte ad synagogam Ruthenorum dirigendo gressus, ad honorum omnipotentis Dei et beate Marie virginis gloriose, sub titulo sancti Leonardi confessoris; quorum peticionibus et votis iustis acclinati, de consensu domini nostri Regis et nostra similiter voluntate ad id consencientibus, ipsis premisimus *(sic)*, consensimus et indulsimus monasterium predictum erigendi, fundandi, construendi in loco prefato alias ubi prefati consules ipsis duxerint demonstrandum, iuxta continenciam litere civitatis antefate. Hoc tamen adiecto, quod huiusmodi monasterium non debet erigi nec construi in muro, nec aliqua taberna fundari similiter debet, qualiscumque sit, nisi ad id domini nostri Regis et noster atque civitatis predicte fuerit consensus. Volumus insuper dictum monasterium et locum habitacionis ab omnibus et singulis exaccionibus, contribucionibus, dacionibus et censibus, vigiliis, laboribus et quibusvis angariis et impeticionibus, tam nostris quam civitatis et advocati, ipsis hoc ipsum libere petentibus et consencientibus (absolvere) [1]), absolvimus, quittamus, liberamus, temporibus perpetuis; quod quidem monasterium consules civitatis dicte una nobiscum regere, gubernare et tueri debebunt, et quam eciam fundacionem, ereccionem ratificamus, approbamus et per presentes confirmamus, decernentes eam habere robur perpetue firmitatis. Quo circa vobis omnibus et singulis palatinis, castellanis, capitaneis et quibusvis aliis vigore regio et nostro precipimus et mandamus, quatinus ipsos fratres circa eandem conservare debeatis et protegi faciatis. Harum quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli die Cinerum anno domini M⁰ CCCC⁰ XL quarto, presentibus generosis, strenuis et nobilibus dominis Nicolao Parawa de Lubin Capitaneo Halicensi, Georgio Strumilo Vexillifero Leopoliensi, Paulo Odrowansz de Sprowa Dapifero Leopoliensi, Gruschina Bistram de Lopyenick, Iohanne Golombeck et multis aliis fidedignis.

Według kopii współczesnej w kopiaryuszu miasta Lwowa. III, A, 223, pag. 60.

C.

W Wilnie 10. Marca 1444 r.

Rajcy miasta Wilna zawiadamiają rajców miasta Lwowa, że Piotr, syn Charina z Połocka, jest wraz z Serhejem, także mieszczaninem z Połocka, prawnym właścicielem rzeczy złożonych przez Daszka czyli Pierchurowicza, mieszczanina wileńskiego, u Piotra mieszczanina lwowskiego.

Salutem ac mutuam complacenciam. Nos consules civitatis Wilnensis notum facimus universis et singulis, presencium noticiam habituris, et signanter prudentibus viris, dominis

---

[1]) wyrazu tego niema w kopii, w której drukujemy.

ac amicis nostris sincere dilectis, consulibus civitatis Leopoliensis: quia providus vir Petrus, Charini filius, de Poloczsco concivis, est verus et legittimus successor horum bonorum ac facultatis una cum Serhey, eciam cive de Poloczsco, socio suo, repositorum ac repositarum realiter et cum effectu, per circumspectum virum Daschconem alias Pyerchurouicz, concivem nostrum, apud honestum Petrum, concivem vestrum, de quibus bonis repositis dominacionibus vestris sufficienter notum est. Quare vobis, nostris amicis, duximus supplicandum, quatinus bona predicta, omni dubio proculmoto, velitis predicto Petro, filio Charini, et Serhey, socio suo, tradere et conferre, nosque promittimus et presentibus obligamur intercessores et protectores fieri, si que impeticio dominaciones vestras et Petrum, predictum civem vestrum, circa eorundem (*sic*) bonorum (*sic*) contingeret. In cuius rei testimonium sigillum maius nostrum presentibus est subappensum. Datum Vilne feria tercia infra Dominicam Reminiscere sub anno domini M°CCCC°XLIIII°.

Oryginał pergaminowy w archiwum m. Lwowa nr. 176. U dołu na sznurku jedwabnym ciemno wiśniowym zawieszona na czarnym wosku wyciśnięta, bardzo dobrze zachowana, pieczęć przedstawiająca świętego, niosącego w prawej ręce krzyż o dwóch ramionach, na lewej dzieciątko Jezus; w otoku napis:

† S. CONSULUM CIVITATIS WILNENSIUM.

Pieczęć ta zatem nie jest zupełnie taka, jaką znajdujemy w *Balińskiego i Lipińskiego Star. Polsce* III, 123.

CI.

W Kołomyi 15. Czerwca 1444 r.

Jan z Czyżowa, kasztelan i starosta krakowski, namiestnik królewski, oznacza granice wsi, należących do Kołomyi.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ioannes de Czizow castellanus et capitaneus Cracouiensis necnon serenissimi ducis et domini domini Wladislai Regis Hungarie, Polonie, Croacie, Dalmacie Regis, supremi principis Lithuanie Russieque heredis in Regno Polonie locumtenens, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, harum noticiam habituris, presentibus et futuris: quomodo, dum in opido Colomiensi cum magnifico Petro Odrowąnz de Sprowa, palatino Leopoliensi terrarumque Rusie capitaneo generali, ac ceteris dominis illarum parcium constituti, tandem de mandato domini Regis Polonie venimus in dictam Colomiam, iura, literas et granicies civitatis conspicientes et videntes, consules iurati venerunt, vocati ad presenciam nostram, iura, literas, munimenta

sua nobis demonstraverunt sub sigillis et nominibus strenuorum ac generosorum dominorum Petri Wlodkowicz Haliciensis et Colomiensis capitanei, Michaelis de Buczacz, Cola de Daliciow subdapiferi, Spicznik de Bolschow iudicis Haliciensis, Gunczerz de Polawicze, Wolsko de Rohatin, Corczak de Nypicze in presencia nostri et aliorum dominorum, que litera canit de verbo ad verbum etc. [1]) Nos tamen, facientes satis mandatis domini Regis, equitavimus alias Wyechalizmi limitare granicies et villas Woscziencze, Vherniki, Corncze, Thurka, Sopow, Coydaynczc, Dziatkowcze [2]) sub istis limitibus, signis et scopulis alias zakopi, qui fuerunt ab istis villis ab antiquo limitati post Colomiam, que vadit a Belenicze usque ad fluvium Czenowa supra Czenowe, non advadendo alias nyedochodząncz Geszonowiecz ad viam, que vadit a Balenicze [3]) usque ad fluvium ab ista via incipiendo po przeki recte ad fluvium, ubi fuit molendinum Colomiense perpetuum, usque ad flumen Pruth inferius Colomiam; in silva vero Chrosznie [4]) et aliis omnibus silvis sibi adiacentibus prefata civitas Colomiensis ad edificia construenda, ligna scindenda libere et benivoliter habebunt et obtinebunt, sine quavis cuiuscumque impeticione; insuper invenimus, quod nulli dominorum Zuppe ibi adiacentis obedire debent, nisi Regi et civitati Colomiensi, considerantes igitur iustam et veram peticionem civium, iura, munimenta, privilegia ab antiquo servata, tanquam locum tenens, approbamus, affirmamus et presentibus affirmamus, irrevocabiliter tenenda et observanda temporibus perpetuis. Datum in Colomia feria II^da^ post festum Corporis Christi anno domini 1444, presentibus ibidem magnifico et generosis Petro Odrowąnz de Sprowa Palatino Russie, Petro de Schamotuli, Ioanne Swidwa de Schamotuli Succamerario Sandomiriensi, Sigismundo de Iagielnicza, Petro Nyemierka de Camonki, Ioanne Galewski Marsalco eiusdem domini Castellani et Capitanei Craconiensis, et me Ioanne Stolanski aliisque pluribus fide dignis testibus circa premissa.

Dokument ten znachodzi się w archiwum miasta Lwowa w kopiaryuszu III. A, 223, pag. 142 i 143 i to w przepisanym w XVI w. transsumcie kr. Zygmunta I. z r. 1517 danym w Krakowie *in convencione generali feria tercia post Dominicam Ramis Palmarum* (7. Kwietnia) Zobacz dokument powyżej oddrukowany nr. XCV.

---

[1]) Dokument opuszczono tutaj. [2]) Kornicz, wieś pod samą Kołomyją. Turka, wieś o milę od Kołomyi. Sopów, wieś o pół mili od Kołomyi. Dziatkowce, wieś o pół mili od Kołomyi; Kajdańce, także pod Kołomyją. Uhorniki, w parafii otynieckiej niedaleko od Kołomyi. Woszcienic w stronach tych niema, jest atoli wieś Oskrzesińce tuż pod Kołomyją. [3]) Balińce nad rzeczką Czerniawą. [4]) Chorosna jeszcze dziś nazwa lasów na północ od Kołomyi.

CII.

W Budzie 15. Lipca 1444 r.

Julian kardynał i legat papieski nadaje odpust kaplicy N. P. Maryi w kościele N. P. Maryi we Lwowie.

IVlianus miseratione divina tituli sancte Sabine sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, sancti Angeli vulgariter nuncupatus, in Regnis Hungarie, Polonie, Bohemie, Dalmatie et Croatie ac in provincia Salczburgensi apostolice sedis legatus universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino. Licet is de cuius munere venit, ut sibi et fidelibus suis condigne et laudabiliter serviatur; de abundantia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota bene servientibus sibi multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nichilominus desiderantes domino populum reddere acceptabilem et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores; cupientes igitur, ut capella beate Marie virginis in parochiali ecclesia eiusdem beate Marie virginis in civitate Leopoliensi fundata, congruis honoribus frequentetur ac fideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem et ad ipsius statum et conservationem manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ydem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi ac Pentecostes nec non Nativitatis, Anuntiationis, Purificationis, Conceptionis, Visitationis et Assumptionis beate Marie virginis Dedicationisque ipsius capelle festivitatibus ecclesiam et capellam prefatas devote visitaverint annuatim et ad reparationem et conservationem ipsarum manus porrexerint adiutrices, singulis predictarum festivitatum diebus, quibus ecclesiam et capellam prefatas visitaverint et manus porrexerint, ut prefertur, centum dies de iniunctis eis penitentiis auctoritate nostre legationis misericorditer relaxamus. Datum Bude Vesprimiensis diocesis anno a Nativitate Domini MCCCCXLIIII° die vero quintadecima Iulii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Eugenii divina providentia pape Quarti anno quartodecimo.

Na zagiętce:

A. Fiocardus.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa nr. 178. Po pieczęci pozostał tylko sznurek.

CIII.

W Budzie 15. Lipca 1444 r.

Julian kardynał i legat papieski potwierdza przywilej Władysława Warneńczyka z dnia 16. Lipca 1444 r.

Iulianus miseratione divina tituli sancte Sabine sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, sancti Angeli vulgariter nuncupatus, in Regnis Hungarie, Polonie, Bohemie, Dalmacie et Croacie ac in provincia Salczburgensi apostolice sedis legatus dilectis nobis in Christo consulibus civibus ac communitati civitatis Leopoliensis salutem et sinceram in domino caritatem. Ea, que pro morum disciplina graciose a maiestate regia concessa fuisse comperimus, illa cum a nobis petitur, ut illibata permaneant et secura consistant, nostre confirmationis presidio roboramus. Hinc est, quod perlectis regalibus litteris, nobis concessis et nobis pro parte vestra presentatis, quarumque tenor sequitur, et est talis:

Tutaj następuje dokument Władysława Warneńczyka, dany w Budzie: „*feria quinta in crastino festi Divisionis Apostolorum* (16. Lipca) 1444" dotyczący założenia szkoły przy św. Duchu, oddrukowany tutaj nr. CV. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Vestris in hac parte nobis porrectis supplicationibus inclinati, litteras ipsas regales et omnia ac singula in eisdem contenta nostre legationis auctoritate confirmamus, ratificamus, approbamus ac perpetuo stabilimus. Per premissa autem non intendimus iuri pauperum et infirmorum hospitalis in dictis regalibus literis nominati aut cuiusvis alterius in aliquo derogare aut preiudicare, sed e contra illud in suo robore volumus permanere et conservari debere. Ceterum ut consules, comunitas et cives Leopolienses, informator seu magister scolarum et scolares predicti non possint a quoquam in premissis indebite molestari aut impediri, quominus omnia et singula predicta libere perficere possint, dicta auctoritate reverendo in Christo patri Dei gratia episcopo Prismiliensi (*sic*) comitimus et mandamus per presentes: quatenus consules, cives communitatemque Leopoliensem ac informatorem seu magistrum scole et scolares predictos, qui erunt pro tempore, ab omnibus volentibus eis impedimentum dare, quo minus omnia et singula premissa libere exequi et facere possint, defendat et protegat mediantibus remediis iuris contradictores per censuram ecclesiasticam, appelatione postposita, compescendo. Datum Bude Vesprimiensis diocesis die quinta decima [1])

---

[1]) Dokument ten zatem jest wystawiony 15. Lipca a zawiera potwierdzenie dokumentu króla Władysława Warneńczyka, które nosi datę 16. Lipca tegoż samego roku.

Iulii anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Eugenii divina providencia pape Quarti anno quartodecimo.

Prepositus.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa nr. 179. Na sznurku konopnym zawieszone resztki woskowej pieczęci. Na zagiętce podpis: *P. de Buionis.* Na odwrotnej stronie pergaminu *R(egistratum) Prepositus.*

CIV.

W Budzie 16. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk poddaje wszystkich kupców: Greków, Ormian, Saracenów, Bissurmanów i wszystkich innych, przybywających do Lwowa z towarami lub bez towarów, prawu magdeburskiemu, dalej rozporządza, że żadnemu kupcowi, włoskiemu lub innemu z zamorskich stron przybywającemu, niewolno omijać składu lwowskiego, a wreszcie określa, jak się robić powinny testamenta, żeby miały walor prawny.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, Rascie Sclauonie etc. Rex necnon terrarum Craconie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie, Lithuanie princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus presencium tenore, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, horum noticiam habituris: quomodo, cum amore boni status nostrorum dominiorum incitati curiosum animum ereximus, ut semper nostre consideracionis oculum ad id convertamus, ubi utilitates et commoda possent nostris multiplicari subditis, sane itaque considerato et instanter prelatorum et baronum nostrorum consiliis revoluto, qualiter nostra Leopoliensis civitas, que inter alias civitates regni nostri Polonie clipeus et murus a paganismo extat et habetur, tunc melioracionem potest accipere, dum iura et consuetudines in ea necesariis cautelis maxime advenis mercatoribus, institoribus, venditoribus etiam intraneis regulentur, unde ipsi civitati nostre Leopoliensi, cuius perfectum statum diligimus, iuxta diuturnam consuetudinem in ipsa civitate observatam infra expressas iurium cautelas approbamus, fruique et gaudere temporibus perpetuis de regie celsitudinis munificencia permittimus presencium per tenorem; primo quod omnes homines puta mecatores, institores, venditores sive eciam sunt Greci, Armeni, Saraceni, Iudei, Bessermeni et cuiuscumque generis, condicionis sive status existant, sive tales Christiani sive pagani sint, de regno nostro Polonie vel exteris regnis, terris, dominiis, ducatibus et aliis

partibus quibuscumque, qui ad civitatem Leopoliensem cum eorum rebus, mercanciis vel sine mercanciis venerint, ut tales in iudicio civitatis Leopoliensis iure Maydburgensi in quibuslibet causis magnis et parvis ad instanciam quarumcumque personarum senteneiare, iudicare tuerique et conservare ac ab omnibus impeticionibus quorumcumque defendere, nostra presenti regia concessione condonati, ipsi consules valeant et possint et habeant omnimodam facultatem, nec ad terrestre ius per quempiam tracti mercatores extranei vel intranei teneantur cuipiam respondere, sed tum de se querulantibus in iure civitatis Maydburgensi, et non coram pallatinis, castellanis, capitaneis, officialibus, burgrabiis vel eorum vicesgerentibus regni nostri Polonie quibuscumque respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur in iudiciis terrestribus; secundo, ut mercatores Italici vel alii quicumque pagani vel christiani de transmaritimis partibus, cum mercibus quibuscumque Leopolim venientes, ipsas merces sive res quascumque ultra depositum Leopoliense ducere non valeant neque presumant, sed omnia ibidem deponere et vendere debent, venditisque mercibus predictis et aliis in Leopoli comparatis, illas in Valachia vendere non audeant, sed trans mare vendendo transferre teneantur, ne incolis, mercatoribus et deposito Leopoliensis civitatis preiudicium causarent vel quovismodo inferrent; si autem contra nostram presentem inhibicionem mercatores Italici vel alii quicumque pagani vel cristiani de transmaritimis partibus in Valachia eorum merces vel res quascumque venderent, excedendo nostrum presens regium decretum, extunc ipsis civibus et consulibus Leopoliensibus presentibus omnimodam damus facultatem de talibus excessoribus et huius decreti regii transgressoribus penas secundum exigenciam et estimacionem mercium transgredientis vel transgrediencium cum moderamine favoris capere et tollere: quarum penarum medietatem in melioracionem civitatis et pro utilitate ipsorum rei publice convertent, reliquam vero medietatem nobis tum et non capitaneo ipsorum nec alicui dignitariorum vel officialium, sed ad literas, mandata et quittaciones nostras de ipsorum conservatorio extradabunt, vel cui nostris quittacionibus dare percipiemus: tercio quia de hac luce decedentibus civitatis Leopoliensis incolis seu civibus vel quibuscumque aliis sub iure civitatis manentibus per inordinatam testamentorum legacionem et non regulatam magna pars, tam in bonis heriditariis, quam aliis mobilibus et immobilibus inutiliter quasi in auras evanescit, circa quod et civitas in non parwa sui parte desertatur et minoramentum continue suscipit nocivum, unde volentes his viam de cetero nocivis dampnis precludere, taliter de testamentis faciendis cautelam et observanciam regulamus, ut quicumque sub iure civitatis manens Leopoliensis testamentaliter aliquid legare statuerit vel voluerit, ut advocet ad id advocatum cum duobus scabinis sacerdotemque cum publico notario, coram quibus rite testamentales ordinet codices seu annotaciones, et, dum testamentum sic fuerit factum, pro rito habeatur, qui vero has personas dictas circa testamenti legacionem

non habuerit, tale tanquam suspectum cassamus, decernentes ipsum nullum robur habere firmitatis, et si quispiam aliquas hereditates, domos vel huiusmodi ecclesie vel viro spirituali legaverit, ille hereditates et bona immobilia vendantur infra annum, et precium eorum transeat secundum legantis ritam voluntatem, ita ut hereditates ille vel illa bona immobilia sub iure civili perpetuo permaneant et consistant. Unde his expresis iurium cautelis, volumus ipsos cives Leopolienses in perpetuum uti et gaudere, tanquam veris legitimis et aprobatis articulis, in eorum et civitatis meliorem statum et utilius regimen. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum Bude feria quinta in crastino festi Divisionis Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus magnificis, venerabilibus et generosis Laurencio de Hederwara Regni Hungarie Palatino, Nicolao Lasoczki Cracouiensi Decano, Luca de Gorka Palatino, Iohanne Grusczinski Canonico, Beniak Bandlewski Vexilifero (*sic*) Poznaniensibus, Petro de Schamothuli et aliis pluribus. Datum per manus venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Cracouiensi Preposti, protunc nostri Sigilligeri, sincere nobis dilecti.

Relacio eiusdem venerabilis Iohannis Rey sancti
Michaelis in Castro Cracouiensi Prepositi.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w archiwum miasta Lwowa nr. 180. Na jedwabnym sznurku kolorów białego, czerwonego i czarnego zawieszone dwa kawałki pieczęci królewskiej.

CV.

W Budzie 16. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk pozwala Lwowianom założyć szkołę przy kościele św. Ducha w szpitalu.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum omnis regum et principum pia et provida concessio, maxime, que decorem aliquem, comodum pariter et honorem complecti noscitur, eternitati pro posse per scripta patencia debeat commendari, ut posteri et videant et sciant, quod regum favorosa benignitas, bona operari volentibus, consensum claudere non asuevit, proinde nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, Rascie, Sclauonie etc. Rex nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie, Pomeranie, Lithuanie princeps suppremus, dominus et heres Russie etc. significamus presencium tenore, quibus expedit, universis, presentibus et futuris: quomodo dum peticio, pro parte famosorum et fidelium nostrorum consulum, civium et communitatis

nostre civitatis Leopoliensis maiestati nostre porrecta, continebat, ut eis domum seu scolam, pro pueris doctrina imbuendis, intra muros prefate civitatis Leopoliensis circa ecclesiam sancti Spiritus in hospitali erigendi et denuo construendi, facultatem concedere[1]) dignaremur, in qua et informatorem scolarium seu magistrum possent valentem, ad nutum eorum, quociens posset necessitas et eis videretur, statuere, convenire, deputare, ponere et deponere; nos itaque, quia ipsi cives nostri Leopolienses iusta visi sunt postulare, ymo quum ex hoc et divinus cultus, quem super omnia diligimus, augetur, et honor civitatis nostre ac comoditas succrescet, prefatis consulibus, civibus et communitati Leopoliensis civitatis, de maturo nostro consilio, huiusmodi domum seu scolam ibidem circa ecclesiam sancti Spiritus in hospitali erigendi, construendi et edificandi, perpetuo duraturam, omnimodam facultatem dedimus, concessimus, contulimus ac presencium tenore damus, concedimus et largimur, ac indulgemus, ita quod ad eandem domum seu scolam ipsi consules soli, qui pro tempore fuerint, et non alter aliquis informatorem, scolarium seu magistrum, deputare, statuere, convenire, ponere et deponere, poscente necessitate, poterint et valebunt, et ut ipsorum filii nobiliumque terrigenarum ac ignobilium ad eandem libere poterint temporibus perpetuis, ut in alias scolas moris est per civitates regni nostre Polonie ambulare, frequentare in eaque manere, pausare et studere; quam ipsi consules scolam constructam et construendam reformabunt, regent et tuebuntur temporibus perpetuis, tanquam eiusdem scole veri fundatores et rectores primitivi. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum Bude feria quinta in crastino festi Divisionis Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus ibidem magnificis, venerabilibus et generosis Laurencio de Hederwara Regni Hungarie Pallatino, Nicolao Lasoczki Craconiensi Decano, Luca de Gorka Pallatino, Iohanne Grusczinski Canonico, Bieniak Bandlewski Vexillifero Poznaniensibus, Petro de Schamothuli et aliis pluribus fidedignis. Datum per manus venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Craconiensi Prepositi, protunc nostri Sigilligeri, nobis sincere dilecti.

Relacio eiusdem Venerabilis Iohannis Rey sancti
Michaelis in Castro Craconiensi Prepositi.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa. Na sznurku jedwabnym koloru czarnego, czerwonego i białego wisi znana mniejsza pieczęć królewska. Dokument ten był na dniu 6. Czerwca 1800 r. oblatowany w miejskiej tabuli lwowskiej jako odnoszący się „*ad scholam normalem sub nr. 23 in civitate sitam.*“

---

[1]) Porównaj dokument papieża Eugeniusza IV., z 21. Września 1446 r. oddrukowany poniżej nr. CXVIII.

CVI.

W Budzie 17. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk nakazuje, ażeby żaden z dygnitarzy królestwa nie przeszkadzał wykonywaniu wyroków sądów miejskich, dalej ażeby miasta i wsie ruskie w sprawach swych odnosiły się do apelacyi lwowskiej, a wreszcie ażeby złodziei i rabusiów, na Rusi schwytanych, do Lwowa odstawiano i tutaj sądzono i karano.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie Lithuanie princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus presencium tenore, quibus expedit, universis, presentibus et futuris: quomodo licet omnium nostrarum civitatum melioracionem, piis intendamus laboribos, tamen nostre Leopoliensi civitati, quam pro scuto et muro adversus paganos hostes tenemus, singularem regium favorem in larga munificencia facere cupientes, ut et fidelitatem civium erga maiestatem nostram, claris exhibitam studiis, recompensemus et alios ad id faciendum his beneficiis carius invitemus; quare ipsis civibus et toti nostre Leopoliensi civitati, de maturo nostrorum prelatorum et baronum consilio, has infrapositas admittimus perpetuo tenendas observancias, tanquam iustas et acceptas aprobantes, ut videlicet nullus pallatinorum nostrorum regni Polonie aliorumque dignitariorum officialium vel eorum quoruncunque vicesgerencium iudiciis ipsorum, que fiunt iuxta iuramenta eorundem civium aut scabinorum in bannitis iudiciis, contradicere vel ea infringere iudicia aliqualiter presumat. Item concedimus dicte civitati Leopoliensi eiusque civibus et incolis, quod omnes et singule civitates, oppida et ville nostre, in tota nostra terra Russie site et residentes, in dictam nostram Leopoliensem civitatem eorum iura et sentencias afferere (*sic*), ibi modos iudicandi et et sentenciandi articulos, alias Orthele, ex ea recipient et ement ipsisque utifruantur et gaudeant, prout ipsa nostra Leopoliensis civitas uti, gaudere et frui solita est. Preterea ipsi civitati nostre Leopoliensi damus hanc perpetuo facultatem, ut ubicunque in tota terra nostra Russie malefactores, vispiliones, fures, latrones vel ipsos conservantes et huiusmodi maleficos resciverint, illos ipsis confidenter licebit tollere, captivare et captivatos ac comprehensos in Leopoliensem eorum civitatem inducere et inferre inductosque coram iudicio sentenciare, condempnare et pro modo ipsorum demeritorum penis condignis punire et torquere. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum

testimonio literarum. Actum Bude feria sexta proxima post festum Divisionis Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus magnificis, venerabilibus et generosis Laurencio de Hederwara Regni Hungarie Pallatino, Nicolao Lasoczki Cracouiensi Decano, Luca de Gorka Pallatino, Iohanne Gruszinski Canonico, Bieniak Bandlewsky Vexilifero Poznaniensibus, Petro de Schamothuli et aliis pluribus. Datum per manus Venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Cracouiensi Prepositi, sincere nobis dilecti.

Relacio eiusdem Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Cracouiensi Prepositi, protunc Sigilligeri.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa nr. 181. U dołu na sznurku jedwabnym białym, czarnym i czerwonym zawieszona woskowa mała pieczęć królewska.

CVII.

W Budzie 17. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk potwierdza Mikołaja Smitfeld, mieszczanina lwowskiego, w posiadaniu dwóch łąk, jednej zwanej Dubek, a drugiej położonej tuż obok niej.

Wladislaus Dei gracia Polonie [1], Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo per circumspectum Nicolaum Smythfelth, civem Leopoliensem, fidelem nostrum dilectum, due litere: una [2]) Latino sub titulo et sigillo Manczine de Conin, olim woyewode Leopoliensis, et alia, quam a Rutheno Mathftiy Ruthenico ydiomathe scripta habet et obtinet, super duo prata uno dicto Dubek et alio sito et iacenti penes ipsum Dubek, in terra Russie et districtu Leopoliensi iacencia, que prata ex iure hereditario ac per empcionem prefatus Nicolaus Smythfelth asseruit ad se esse devoluta, coram maiestate nostra sunt humiliter oblate et porrecte, petens nostram celsitudinem prefatus Nicolaus humillime et instantissime, quatenus predictas suas literas, super dicta prata confectas confirmare, approbare, admittere et ratificare dignaremur, nos vero peticionibus ipsius Nicolai utpote iustis et racioni consonis benigniter aclinati, visis predictis literis ipsisque auditis et intellectis, percipientesque et cognoscentes ex eisdem.

[1]) Wszystkie tutaj poprzednio oddrukowane dokumenta Warneńczyka mają w tytule zawsze *Hungarie* przed *Polonie* z wyjątkiem tego jednego. [2]) Jest to według wszelkiego prawdopodobieństwa dokument wydrukowany w tomie III. nr. LVII, wydany we Lwowie 29. Maja 1391 r.

quod ipsa prata iure hereditario ac per iustam empcionem sunt ad eum devoluta predictas dicti Nicolai literas in earum tenore ac omnibus punctis, clausulis, articulis et condicionibus in eisdem contentis, ex certa nostra sciencia approbamus, ratificamus, confirmamus, admittimus et roboramus, tenore presencium mediante, decernentes predictas literas robur habere firmitatis; ipsumque Nicolaum Smythfelth in verum et legitimum heredem ac possessorem dictorum duorum pratorum ac eius legitimos succesores constituimus, locamus et facimus vigore presencium literarum, ita quod ipse Nicolaus Smythfelth prefatus et eius successores legitimi dicta duo prata quiete et pacifice cum omni iure et dominio, teneant, habeant, utifruantur et possideant, vendant, commutent, alienent, regant, disponant et in usus eorum beneplacitos, prout ipsis melius et utilius videbitur expedire, convertant. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Bude feria sexta ipso die sancti Allexii anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Ad mandatum domini Regis Iohannes Rey sancti Michaelis in Castro Cracouiensi Prepositus.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa nr. 182. Na pasku pergaminowym zawieszona znana mniejsza pieczęć królewska.

CVIII.

W Budzie 17. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk wydaje rozkaz do starosty i rajców lwowskich, aby nie stawiali przeszkód Ormianom w wykonywaniu ich praw i przywilei, a przedewszystkiem wójtowi Ormian co do jego przywileju dotyczącego dwóch jatek rzeźnickich.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lythwanieque princeps suppremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod pro parte Armenorum advocati nostrorum civitatis Leopoliensis expositum habuimus in querela, quod, licet idem advocatus duo maccella carnium in eadem civitate nostra hereditarie obtinet, ab ipsisque ac advocacia nobis certum censum, videlicet decem et octo sexagenarum singulis annis exsolvit, tamen interdum a nostris aliquibus subditis in possessione libera dictorum maccellorum impeditur; nos enim dictum advocatum circa possessionem eorundem maccellorum iuxta consuetudinem ipsorum diucius tentam aliosque omnes et singulos Armenos circa iura, literas et consuetudines, quibus semper gaudebant,

inviolabiliter conservare volumus omniaque iura ipsorum et consuetudines prefatas, prout ad ea litere ipsorum canunt, in omnibus clausulis, punctis et articulis ratificamus et confirmamus per presentes. Quocirca vobis capitaneis et consulibus civitatis nostre Leopoliensis predicte presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint, mandamus omnino habere volentes, quatinus eundem advocatum iuxta ipsius iura et literas ad eadem maccella canentes aliosque Armenos circa iura et consuetudines ipsorum, quibus prius usi sunt et gaudebant, conservare debeatis nullaque gravamina seu preiudicia ipsis inferatis ipsumque advocatum ipsorum circa vendicionem carnium solitam et consuetam in eisdem maccellis conservetis, efficientes, ne in posterum alique supra premissis in aures nostras deveniant querele, secus non facturi gracie nostre sub obtentu. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Bude feria sexta die sancti Alexii sub anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Ad mandatum regie maiestatis Ioannes Rey sancti Michaelis Prepositus.

Dokument ten znajduje się w arch. m. Lwowa i to w potwierdzeniu Zygmunta I. z podpisem Jana Łaskiego, koadjutora gnieźnieńskiego i kanclerza koronnego, *datum Pyotrkouie in conuencione generali feria quinta proxima post festa sacri Pasche* (12. Kwietnia) *a. d. 1509*. Poprzednio już drukował dokument ten i potwierdzenie *Bischoff*: *Urk. zur Gesch. der Armenier*, str. 19 i 37 — 39.

CIX.

W Budzie 18. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk rozporządza, że skoro w mieście Lwowie nieruchomość jaka przejdzie na własność szlachcica lub duchownego, ten sprzedać ją winien w przeciągu jednego roku.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Władislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, Rascie etc. Rex nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie, Lithuanie princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus presencium tenore, quibus expedit, universis presentibus et futuris horum noticiam habituris: quomodo, oculis nostre regie benignitatis intendentes super nostram civitatem Leopoliensem, que hostium paganorum aliis vicinior est, taliter de ea curam gerere instituimus, ut in nulla sui parte aliquam patiatur pressionem, per quam desertaretur, et quoniam sepius occurrit, ut per mortem et decessum civitatis incolarum hereditates, domus et alia huiusmodi bona immobilia propinquitatis iure vel quavis

successione alia nobilibus terrigenis vel eciam spiritualibus personis cedunt (*sic*) et in usum veniunt, unde talibus in casibus omnino volumus, ut nobiles terrigene et spirituales persone tales hereditates, domus et alia bona immobilia, sub iure civitatis constituta, ad ipsos quacunque successione devoluta vel devolvenda, sive per propinquitatis successionem, sive per testamentalem legacionem illa infra unius anni cursum sub iure civitatis vendere teneantur et omnino sint astricti, ne hereditates huiusmodi vel bona immobilia ad nobiles terrigenas vel spirituales personas devoluta, in civitate vel sub iure civili constituta, corrumperentur, anichillarentur (*sic*) vel aliquam inciderent destruccionem, per quam et civitas desertaretur et inmutaretur in sua perfeccione precium. Tamen talibus nobilibus terrigenis vel spiritualibus personis licebit pro huiusmodi bonis immobilibus, per eos venditis vel vendendis, iuxta ipsorum arbitrium convertere, prout ipsis melius videbitur expedire, et hanc observanciam volumus ipsis civibus et civitati nostre Leopoliensi perpetuis temporibus tenere, et per nostros successores observare firmiter et illese. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum Bude sabbato proximo post festum Divisionis Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus ibidem magnificis, venerabilibus et generosis Laurencio de Hederwara Regni Hungarie Pallatino, Nicolao Lasoczki Cracouiensi Decano, Luca de Gorka Pallatino, Iohanne Grusczinski Canonico, Bieniak Bandlewski Vexilifero (*sic*) Poznaniensibus, Petro de Schamothuli et aliis pluribus. Datum per manus venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Cracouiensi Prepositi, protunc nostri Sigilligeri, nobis sincere dilecti.

Relacio venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis
in Castro Cracouiensi Prepositi prefati.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 184. U dołu na sznurku jedwabnym czarnym, białym i czerwonym zawieszona woskowa mała pieczęć królewska.

CX.

W Budzie 19. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk oświadcza, że mieszczanie lwowscy nie potrzebują przywilejów i nadań swych okazywać żadnemu z dygnitarzy koronnych, jedynie tylko samemu królowi za przybyciem jego do Lwowa.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithuanieque princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres significamus presencium tenore, quibus expedit, universis: quia debite attento, quomodo civitates nostre regni Polonie variis

nostra in longa demoracione hic in regno Hungarie terroribus angustiantur, signanter ipsa Leopoliensis civitas, que quasi in faucibus hostium paganorum est constituta, maiori, formidine, omnium insecuritatum detinetur, propter quod iura, emunitates, privilegia et literas ipsorum producere dignitariisque et officialibus nostris in Polonie regno monstrare non audent, quaproter ipsis civibus consulibus et comunitati civitatis Leopoliensis hanc graciam, tenore presencium mediante, damus et concedimus, ut coram nullo regni prefati nostri Polonie dignitario, pallatino, castellano, capitaneo vel alio quocunque officiali nostro vel coram horum vicesgerentibus literas, iura, emunitates, privilegia et munimenta ipsorum et civitatis producant vel monstrent seu ponent, nisi coram nostra regia persona; quam presentem graciam ipsis et civitati Leopoliensi nostre servare firmiter volumus usque ad nostrum regium personalem in Leopolim felicem adventum. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Datum Bude dominica die proxima ante festum Marie Magdalene anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Relacio venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Craconiensi Prepositi, protunc Sigilligeri.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 185. Pieczęć oderwana, pasek pergaminowy pozostał.

CXI.

W Budzie 21. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk nakazuje, ażeby przekupniów, piekarzy, rzeźników i szewców zachowano przy ich dawnych prawach, zwyczajach i obowiązkach.

Wladislaus Dei gracia Polonie, Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithuanieque princeps suppremus et heres Russie etc. significamus presencium tenore, quibus expedit, universis, quomodo volentes, ut ipsa nostra civitas Leopoliensis populosior fiet et ut in nulla sui parte molestaretur, omnes institores, pistores, carnifices et sutores, qui nobis temporibus certis in anno census solvunt et porrigunt, in eorum iuribus, consuetudinibus, censibus consuetis tenere conservareque, de regia nostra benignitate graciose volumus nec eos ultra eorum iura, consuetudines et census consuetes cogemus, angariabimus vel quovismodo stringemus, sed, ut ab antiquo iuribus, consuetudinibus utebantur et gaudebant,

ita et futuris temporibus utantur et gaudeant et census solitos et dari diu consuetos solvent et dabunt, quocirca vobis pallatino, castellano, capitaneo, woyewodis, burgrabiis et qui presentibus requisiti fueritis mandamus seriose per presentes, omnino habere volentes, quatinus et vos nostre Leopoliensis civitatis omnes institores, pistores, carnifices et sutores, circa eorum iura, consuetudines et census, per eos ab antiquo dari consuetos, conservetis et conservare debeatis; secus pro gracia nostra facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Bude feria tercia proxima ante festum sancti Iacobi appostoli gloriosi anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Relacio venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Cracouiensi Prepositi, protunc Regii Sigilligeri.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 187. U dołu na okrawku pergaminowym zawieszona mała woskowa pieczęć królewska.

CXII.

W Budzie 21. Lipca 1444 r.

Władysław Warneńczyk przyznaje mieszczanom lwowskim tymczasowo obszary nad Brzuchowicą i pozwala im je zabudować; ostateczną decyzyą w tej sprawie jednak odkłada do przyjazdu swego do Lwowa.

Wladislaus Dei gracia Polonie, Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithuanieque princeps suppremus et heres Russie etc. significamus presencium tenore, quibus expedit, universis, quomodo (*ex*) parte civium Leopoliensium peticio maiestati nostre porrecta continebat, quatinus ipsis excrescencias laneorum, alias obschari dictas, que excrescencie extendunt se ultra laneos civitati prefate Leopoliensi comensuratos, circa fluvium Bruchouice [1]) dictum iacentes et ante Leopoliensem civitatem site, presencia hominum collocare et utilibus edificiis decorare dignaremur graciose concedere, allegantes huiusmodi excrescencias laneorum civitati attinere, nos vero deliberantes, quia ipsi cives dicti semper nobis fidelitatem eorum claris studiis monstrabant, eorum peticioni benigne, caute tamen annuentes, cum infra scripta moderacione, eorum peticioni annuimus; ita quod in eisdem laneorum

[1]) Porównaj tom IV, nr. XXXI i LXVI.

excresceneiis predictis possunt et libere valent, kmethones, homines, agrorum cultores, thabernatores, iuxta eorum arbitrium edificia faciendo, locare, et de ipsis omnes et singulas utilitates, obvenciones ac census capere et tollere, ipsisque utifrui et gaudere tanquam propriis, presentibus concedimus ac indulgemus; ita diu, quousque, feliciter in regnum nostrum Polonie revertentes, primum ingressum in Leopolim faciemus, ibique dum debito examine comperiemus, quod huiusmodi laneorum excrescencie vero iure attinent civitati, ipsis eas confirmabimus et ratificabimus, et edificia ac sumptus, que et quos ibi fecerint, nostra regia presenti concessione affidati, in eorum possessione et utifruicione stabunt et permanebunt. Si vero dicte laneorum excrescencie comperte per nos fuerint non civitati, sed nobis vel alicui alteri attineri, extunc ipsi cives Leopolienses et de possessione excrescenciam laneorum prefatorum cedent et structuras, edificia ac sumptus, quos ibi fecerint, illi, cuius comperte fuerint excrescencie laneorum iure vero esse, cum pleno iure resignabunt, impensas vero, quas imposuerint ad structuras huiusmodi perdent et nichil omnino pro ipsis capient. Quo circa vobis pallatinis, castellanis, capitaneis, burgrabiis, woyewodis et aliis, qui presentibus fueritis requisiti, mandamus, omnino habere volentes, per presencium tenorem, quatinus ipsos cives Leopolienses in possessione dictorum laneorum excrescenciarum impedire non debeatis, sed ab impedientibus tueamini nomine nostro, similiter et in usibus ac utilitatibus, quos et quas in excresceneiis hiusmodi laneorum facient et multiplicabunt, faciatis, ne a quopiam aliquam molestiam paciantur; secus pro gracia nostra non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Datum Bude feria tercia proxima ante festum beati Iacobi appostoli gloriosi anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Relacio venerabilis Iohannis Rey sancti Michaelis in Castro Cracouiensi Prepositi, Regii protunc Sigilligeri.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 186. Pieczęć wraz z paskiem zaginęły. Dokument ten wraz z drugim Władysława Jagiełły z 18. Września 1415 r., oddrukowanym w tomie IV. nr. XXXIV, potwierdził Zygmunt August w Warszawie 17. Grudnia 1556 r. Pergaminowe to potwierdzenie znajduje się także w archiwum miasta Lwowa.

CXIII.

W Waradynie 22. Sierpnia 1444 r.

Władysław Warneńczyk zapisuje Mikołajowi Klusowi z Wyżnian sto grzywien na wsiach Straszowicach, Władyczynie, Malechowicach, Zubrzcu i przysiołkach.

Wladislaus Dei gracia Polonie, Vngarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo attendentes grate fidelitatis studiosa obsequia, quibus generosus Nicolaus Klus [1]) de Wyszniany sub presentia Leopoli maiestati nostre multipliciter complacuit et adhuc complacere prestancius poterit in futurum, horum suorum intuitu meritorum sibi villas nostras Straschowicze, Wladiczina, Malechowicze, Zubrz et przysiolki, quas [2]) Pomorzanye (?) tenuerunt, in districtu Leopoliensi sittas, damus, donamus et inscribimus per presentes, cum omnibus et singulis dictarum villarum utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, gaiis, borris, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, fluviis, lacubus, piscinis, piscaturis, aquis, aquarum decursibus, molendinis et emolumentis ceterisque attinenciis, pertinenciis et appendiis universis ad prescriptas villas quomodolibet spectantibus et pertinentibus ac in et super villis et pertinenciis prescriptis sibi Nicolao Klus centum marcas communis pecunie et numeri Polonicalis consueti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, damus et inscribimus per presentes, per ipsum Nicolaum Klus habendas, tenendas, utifruendas, pacifice et quiete possidendas ita et tamdiu quousque sibi aut suis successoribus huiusmodi centum marce per nos inscripte, per nos aut successores nostros fuerint integraliter persolute, quibus persolutis dictarum villarum possessio ad nos et successores nostros redibit pleno iure, stacionibus et iuribus nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Waradino Sabbato die ante festum sancti Bartholomei proximo anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Wydrukowano według kopii z końca wieku XVII. lub XVIII. znajdującej się w kopiaryuszu miasta Lwowa III. A. 223. pag. 257.

---

[1]) W kopii z której drukujemy stoi *Titus*: tak samo we wszystkich dalszych miejscach tego dokumentu.
[2]) W kopii, z której drukujemy stoi *Zubrzec przoscholten que*. Wsi Straszowic i Władyczyny w pobliżu Lwowa niema. Malechowic także niema, ale jest Malechów jako i Zubrza.

CXIV.

W Krakowie 7. Października 1444 r.

Jan Wolin, lektor teologii, prowincyał Karmelitów, nakazuje Karmelitom już osiedlonym albo mającym się osiedlić w miejscu pod Lwowem, darowanem im przez Władysława Warneńczyka, ażeby nie warzyli u siebie piwa i innych napoi i nie przechowywali ludzi przeciwnych miastu.

Frater Iohannes Wolin, sacre theologie lector, humilis prior provincialis Polonie, Bohemie, Saxonie, Prussie, Slezie et Dacie ordinis fratrum beatissime Marie Dei genitricis de monte Carmeli, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris, presentes literas inspecturis: quomodo volentes curam, quantum in nobis est, adhibere, ut cultus divinus et honor atque laus beatissime Marie, cuius titulo noster ordo prefatus extat decoratus, amplificaretur ac domicilia seu habitaciones fratrum nostri ordinis prefati plurificarentur, presertim in illis regnis et provinciis, in quibus conventus nostri ordinis in minimo numero, respectu aliorum regnorum, sunt locati et fundati. Cupientes itaque ut serenissimi principis domini Wladislai Hungarie et Polonie etc. Regis loci iuxta civitatem Leopoliensem [1]) pro augmento cultus divini et fratrum nostri ordinis conservacione pya largicio et assignacio, quantum ad nos pertinet, finem suum sortiretur: que dicti loci per ipsum dominum Regem ipsa donacio iam dudum, prout percepimus, effectu suo gauderet, nisi quedam suspicio, qua famosi et providi viri et domini consules et communitas dicte civitatis Leopoliensis, inimico nostro ordini homine seminante de dictis nostris fratribus, detinentur, impediret et obstaret, ea videlicet quod fratres nostri ordinis, in dicto loco habitaturi seu moraturi, cervisiam vel alia potagia propinare aut homines dicte civitatis emulos, vel quibus esset ingressus predicte civitatis prohibitus, hospitari vellent seu intenderent aut quovismodo presumerent, volentes igitur huiusmodi suspicionem de intencionibus dictorum dominorum consulum et communitatis civitatis predicte de ipsis nostris fratribus, quantum in nobis est, summovere, ut hoc sacrum negocium pro honore domini et eius matris sanctissime fiendum valeat et possit ad finem deduci realem, auctoritate nostra predictis nostris fratribus, de presenti et in futurum in dicto loco manentibus et moraturis, mandamus in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis

---

[1]) Porównaj dokument z 26. Lutego 1444 r., oddrukowany powyżej nr. XCIX.

pena, quatinus cervisiam et alia potagia propinare ac homines dicte civitatis emulos et alios, ut prescriptum est, nulla presumant racione servare vel hospitari. In cuius rei testimonium sigillum nostri provincialatus est appensum. Datum Cracouie feria quarta post festum sancti Francisci anno domini M⁰ CCCC⁰ XLIIII⁰.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 189. U dołu na prążku pergaminowym wisi pieczęć prowincyała, na czerwonym wosku wyciśnięta, znacznie uszkodzona, przedstawiająca N. P. Maryę z dzieciątkiem Jezus na ręku i resztkami napisu. Poniżej dokumentu znajduje się podpis taki:

CXV.

We Lwowie 15. Stycznia 1445 r.

Jan Gołąbek z Zimnej Wody sędzia i Ścibor z Wiszni podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Dorota, żona Szymka z Bóbrki, skwitowała ojca swego Jana z Zubrzy z odebrania ojcowizny i macierzyzny.

Nos Iohannes Golambek de Zymnawoda iudex et Stiborius de Vysnya subiudex terre Leopoliensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quomodo ad nostram nostrorumque infrascriptorum dominorum assessorum, nobiscum iudicio terrestri residencium, presenciam veniens generosa Dorothea, consors nobilis Schymkonis de Bobrka, recognovit et publice confessa est: quia generosus Iohannes heres de Zubrza, pater suus, sibi satisfecit: videlicet de patrimonio et matrimonio hereditatis Zubrza et de aliis omnibus hereditatibus et de aliis omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quocumque nomine vocentur, vel vocari possint; perfataque (*sic*) domina Dorothea cum posteris suis ipsum patrem suum libere ab omnibus hys dimisit et suos posteros, et non debet ipsum inpedire, nec suos posteros perpetualiter et in evum pro hys: videlicet pro predicto patrimonio et matrimonio. Super quo memoriale positum est. Et hec causa ordinata est per magnificos et generosos dominos Syenkonem de Syenno castellanum, Nicolaum de Gologori subdapiferum Leopolienses, Petrum de Prochnik, Nicolaum de Zarnowecz. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli feria sexta proxima post octavas Epiphanie anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, presentibus magnifico et generosis dominis Petro Odrowansch de

Sprowa Palatino et Capitaneo Leopoliensi, Nicolao Parawa de Lubyn Capitaneo Haliciensi, Zaclica Tharlo de Sczekarowicze Capitaneo in Strig, Nicolao Clus de Wysnyani Subpincerna Leopoliensi, Nicolao Dawydowski de Orpin, Nicolao Podolecz de Podbrzescze et aliis fidedignis circa premissa testibus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 190. U dołu na rzemyku pergaminowym wisi pieczęć woskowa Gołąbka z niewyraźnym odciskiem, druga oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy. Dokument ten znajduje się jeszcze w drugim egzemplarzu w archiwum miasta Lwowa z zawieszoną na rzemyku pergaminowym woskową pieczęcią z odciskiem herbu Gryf Gołąbków Zimnowodzkich, druga wraz z paskiem zaginęła. Text drugiego tego egzemplarza zupełnie taki sam, jak powyżej wydrukowany, tylko świadkowie inni, a mianowicie: *presentibus generosis et nobilibus dominis Nicolao Clus de Vysnyani Subpincerna Leopoliensi, Czurilo de Stoancze Subcamerario Haliciensi, Petro Wnuczkone de Cuthna, Nicolao de Knychinicze, Alberto Belszczski, Nicolao Byeszkowski et multis aliis fidedignis.*

CXVI.

W Rokitnicy 20. Maja 1445 r.

Jan z Rokitnicy, podkomorzy przemyski, poświadcza, że zrobił rozgraniczenie pomiędzy Żurowicami Długiemi, należącemi do Andrzeja i Piotra braci i dziedziców Żurowic, a wsią Ożeńskiem, należącą do braci Jakóba i Alexego, dziedziców Ożeńska.

Nos Iohannes [1]) de Rokythnicza [2]), succamerarius Premisliensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris: quomodo granicies et limites perpetuas inter villas videlicet Dlugye Szurowicze [3]) nobilium [4]) Andree et Petri, germanorum de ibidem heredum, ab una, et Oszensko [5]) honorabilis Iacobi nobilisque Allexii, germanorum ac heredum in ibidem, partibus ab altera, a graniciis et limitibus ville nobilis Maszconis dicte Okragleszurowicze [6]) incipiendo per campos et per superficiem prati cuiusdam ac inter pratum predictum versus Oszensko et agros versus Szurowicze spectantes et demum a prato eodem per campos et agros usque ad viam communem versus Zarzecze de Oszensko tendentem atque per eandem viam inter predictas villas Dlugye [7]) Szurowicze et Oszensko granicias huiusmodi [8]) limitantem, usque ad granicias ville predicte

[1]) *Joannes* wydr. w Dod. do Gazety Lwowskiej. [2]) Rokitnica wieś w pow. jarosławskim o dwie mile od Jarosławia. [3]) Żurowice teraz Żurowiczki długie w pow. jarosławskim, o ³⁄₄ mili od Przeworska. [4]) *Nobilium* wydr. w Dod. [5]) Ożeńsko dziś Ożańsko w pow. jarosławskim o 1½ mili od Jarosławia. [6]) Wsi tej nazwy dziś nie ma, weszła ona może do Żurowiczek długich. [7]) *Dlugye* w Dod. [8]) *hujusmodi* w Dod.

Zarzecze fecimus, limitavimus et distinximus alias rozgyechalysmy, scopulis perpetuis et notabilibus vulgariter Copcze inter prefatas villas positis, locatis et creatis, decernentes predictas granicias per nos sic limitates (*sic*) auctoritate succameratus robur obtinere perpetue firmitatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus nobilibus viris Nicolao de Czelathycze [9]), Ramsio de Testhaczin maiori [10]), Ramsio [11]) de Orzowicze, Clemente de Cobyerzyn [12]) ac Symone Ministeriale terrestre et quam pluribus fidedignis. Datum in Rokythnicza feria quinta infra octavas Penthecostes anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Pergaminowy oryginał dobrze zachowany w Zakł. nar. Im. Ossol. nr. 20. Pieczęć oderwana, pozostał tylko po niej pasek pergaminowy. Na odwrotnej stronie napis podający treść, nie zawierający nic ważnego. Drukował dokument ten już poprzednio z parą drobnych myłek *Wolański: Dod. do Gaz. Lwowskiej* rok 1854, nr. 32.

CXVII.

We Lwowie 8. Października 1445 r.

Jan Gołąbek z Zimnejwody sędzia i Ścibor z Wiszni podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Kunat z Tuliglów zapisał żonie swej Helenie, córce Andrzeja z Malechowa, 500 grzywien posagu i wiana na wsi swojej Tuligłowach.

Nos Iohannes Golambek de Zymnawoda iudex necnon Stiborius de Vysnya subiudex terre Leopoliensis generales notum facimus tenore presencium, quibus expedit, universis, presencium noticiam habituris, ad quoscunque presens scriptum pervenerit, quomodo ad nostram et nostrorum assessorum, nobiscum iudicio terrestri residencium, presenciam veniens personaliter nobilis Iohannes Cunath de Thuliglowi [1]), non compulsus, non coactus, nec aliquo errore devio seductus, recognovit: quia generose Helene, conthorali sue legittime, filie nobilis Andree de Malechow [2]), dothavit, donavit et inscripsit, racione dotis et dota-

---

[9]) Czelatyce, w pow. jarosławskim, o 2 mile od Jarosławia. [10]) Testacin wielki, teraz pewno Cieszacin wielki w jarosławskim pow. o milę od Jarosławia. [11]) *Ramisio* w Dod. [12]) Tej nazwy: Kobierzyn wieś leży w powiecie tarnowskim o milę od Żabna a druga w powiecie wielickim o pół mili od Podgórza.

[1]) Tuligłowy, tej nazwy znamy aż trzy wsie w Galicyi: 1) w powiecie rudeckim, 2) w mościskim i 3) w jarosławskim. [2]) Malechów, pewno wieś o milę od Lwowa położona, choć druga tej samej nazwy leży w powiecie żydaczowskim.

licii, quingentas marcas, communis pecunie, monethe et numeri Polonici consueti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, in et super medietate ville Thuliglowi, toto molendino in villa Thuliglovi, in tota curia et thaberna, tota ibidem in Thuliglovi, que omnia dicta domina Helena, dum Deo permittente ipsum Iohannem de hac luce migrare contingerit *(sic)* et in sede permanserit viduali, tenebit, habebit, possidebit, utifructur cum omni iure, dominio, utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, silvis, borris, nemoribus, gaiis, mericis, querectis, virgultis, piscinis, stagnis, aquis et earum decursibus, fluviis, lacubus, paludibus, mellificiis, pratis, pascuis, graminetis, molendino supra expresso et ipsius emolumentis, ac generaliter cum omnibus et singulis spectanciis ac coherenciis universis, quocumque nomine seu vocabulo nuncupentur, nullo penitus excluso, quecumque pertinent et spectant ad predictam videlicet mediam villam Thuliglovi, totum molendinum, totam curiam et totam thabernam, prout eciam alie domine suas dotes et dotalicia in regno Polonie tenere consueverunt; dum autem dicta Helena ad secundarum convolaverit federa nupciarum, ex tunc, dumcumque sibi per proximiores ipsius Iohannis Cunath dicte quingente marce ex integro fuerint persolute, ex tunc cedere debebit bonis de eisdem cum totali iure iuxta consuetudinem terrestrem. Super quo memoriale positum est. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta in crastino sancti Marci ewangeliste post festum sancti Francisci existentis [3]) anno domini M° quadringentesimo quadragesimo quinto, presentibus generosis et nobilibus Nicolao de Gologori Subdapifero, Iurgi Strumilo de Dimosin Vexillifero, Bystram de Lopyenyk Iudice [4]) Leopoliensibus, Petro et Nicolao fratribus de Romanow, Nicolao Podolecz et multis aliis fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 191. U dołu na rzemykach pergaminowych wiszą dwie pieczęci woskowe z herbami Zimnowodzkiego Gryf i Wiszniewskiego Jastrzębiec.

---

[3]) Jest to dziwne oznaczenie daty, jakiego jeszcze nigdzie nie napotkaliśmy. Św. Marka ewanielisty obchodzi kościół 25. Kwietnia, nazajutrz po nim był więc w r. 1445 Poniedziałek a nie Piątek; św. Franciszka obchodzi się 4. Października, nie może więc po nim żadną miarą przypadać święto Marka ewanielisty. 7. Października atoli obchodzi się święto Marka papieża, 7. Października przypadał w r. 1445 na Czwartek, nazajutrz po nim więc był Piątek, z czego wynika, że dokument ten wystawiono 8. Października, że więc zamiast *sancti Marci Ewangeliste* stać powinno *sancti Marci Pape*, w takim razie uniknie się wszelkiej sprzeczności. [4]) *Bystram de Lopyenyk* jest *Iudex Castri Leopoliensis.* Zobacz II., str. 124.

CXVIII.

W Rzymie 21. Września 1446 r.

Eugeniusz IV. papież poleca biskupowi chełmskiemu, ażeby imieniem papieskiem pozwolił mieszczanom lwowskim wystawić i utrzymywać szkołę przy kościele św. Ducha.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . Episcopo Chelmensi salutem et apostolicam benedictionem. Quum attente considerationis prescrutamur indagine, quod litterarum studiis viri prodeunt eruditi scientiis rudes ad altiora provecti concrescunt et fides catholica roboratur, libenter ea prosequimur, que desuper conspicimus esse profutura. Sane pro parte dilectorum filiorum consulum, civium et communitatis civitatis Leopoliensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias clare memorie Wladislaus Polonie Rex, sub cuius temporali ditione dicta civitas tunc erat, consulibus, civibus et communitati predictis auctoritate Regia concessit [1]), ut ipsi domum sive scolam circa ecclesiam sancti Spiritus civitatis eiusdem pro suis pueris inbuendis erigere necnon perpetuo tenere, quodque dicti Consules presentes et futuri informatorem sive magistrum ibidem deputare et, quotiens necessitas exposceret, illum amovere nec non loco eius alium ponere valerent. prout in ipsius Regis litteris inde confectis plenius dicitur contineri: nos itaque, prefatorum consulum, civium et communitatis in hac parte supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si et postquam vocatis, qui fuerint evocandi, tibi de premissis legitime constiterit eisdem consulibus, civibus et communitati, quod sine preiuditio cuiusvis in dicta civitate pro prefatis pueris domum sive scolam erigere et tenere consules quoque predicti informatorem vel magistrum huiusmodi deputare nec non eum amovere et alium surrogare possint, ut prefertur, auctoritate apostolica concedas, non obstantibus felicis recordationis Bonifatii Pape VIII, predecessoris nostri, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem vel diocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede apostolica deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere sive alii (*sic*) vel aliis vices suas committere presumant, et aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excomunicari aut extra vel ultra certa

[1]) Zobacz dokument powyżej oddrukowany nr. CV.

loca ad inditium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto undecimo Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

pro h. Senstlebin
Arnoldus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 193. Pieczęć papieska ołowiana na sznurku konopnym przedstawia po jednej stronie św. Piotra i Pawła, pod niemi napis S.PA. S.PE., po drugiej napis: EUGENIUS PAPA IIII.

CXIX.

W Rzymie 21. Września 1446 r.

Dominik kardynał cytuje przed sąd papieski strony sporne w sprawie spadku po Piotrze Canser, obywatelu lwowskim.

Dominicus miseratione divina tituli sancte Crucis in Iherusalem sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis, Firmanus vulgariter nuncupatus, iudex et commissarius causarum ac cause et partibus infrascriptis a domino nostro Papa specialiter deputatus, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, succentoribus, thesaurariis, sacristianis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu locumtenentibus, eorundem plebanis, viceplebanis, capellanis curatis et non curatis, vicariis perpetuis et altaristis ceterisque presbiteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem et diocesim Leopoliensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ac illi vel illis, ad quem vel ad quos presentes nostre litere pervenerint, salutem in domino et nostris huiusmodi, ymo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Eugenius, divina providencia Papa Quartus, quandam commissionis sive supplicacionis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit, reverencia recepimus huiusmodi sub tenore:

Beatissime pater, defuncto pridem Petro Czansir, cive Leopoliensi, et questione super eius bonis mobilibus et immobilibus, eciam domus utensilibus, exorta pro eo quod dicti quondam Petri consanguinei proximiores in illis se succedere asserebant, asserto ultimo testamento dicti quondam Petri, in quo dicta bona pro ipsius quondam Petri anime remedio seu ad pias causas monasteriis et piis locis relinqui asserebatur, per dictum quondam

Petrum, dictis proximioribus ignorantibus et non consencientibus, condito et per ipsos proximiores consanguineos pretextu consuetudinis patrie hoc propterea concedentis, ut pretenditur, revocato non ostante (*sic*), sed reverendus dominus pater, dominus Iohannes, modernus archiepiscopus Leopoliensis, dictum testamentum et eius occasione predicta bona ad pias relicta causas in contrarium defendebat et tandem pro parte ipsius domini archiepiscopi, in preiudicium dictorum consanguineorum, se in possessionem bonorum predictorum a devotis oratoribus vestre Sanctitatis proconsule et ceteris consulibus dicte civitatis Leopoliensis in eorum iudicio banito immitti petentium in simili iudicio bona predicta apud proconsulem et consules antedictos cum inhibicione, ne bona ipsa usque ad decisionem litis in dicto habendo iudicio alicui dictorum consanguineorum traderentur, arrestata fuerunt, primo et quia deinde dictus archiepiscopus, nulla in quovis iudicio discussione seu cognitione habita, de iure bonorum predictorum sibi et suo contradicens arresto et que non sunt sua ambiens, dictos proconsulem et consulem etiam sub penis et censuris ecclesiasticis monuit, ut sibi bona predicta consignarent seu traderent, idcirco prefati proconsul et consules ad vestram Sanctitatem appellarunt: dignetur igitur Sanctitas vestra causam et causas appellacionis predicte ac nullitatis monicionis et totius pensi processus dicti archiepiscopi eciam forsan post dictam appellationem per dictum archiepiscopum seu ipsius mandato attentati, quorum omnium tenores, series et status hic habere placeat pro expressis, una cum quovis et toto negotio principali, et eiusdem tam ad dictorum proconsulis et consulum appellantium quam prioris, fratrum et monasterii Predicatorum ac custodis, fratrum et monasterii Minorum dicte civitatis etiam ratione in dicto testamento relictorum, pro eorum interesse dicte appellationi adherentium, quam etiam dictorum proximiorum consanguineorum instancias contra dictum archiepiscopum vel etiam inter se coniunctim aut divisim movendi, alicui prelato in partibus illis residenti committere audiendi et terminandi cum omnibus et singulis potestatibus citandi, inhibendi et clausulis aliis consuetis vel oportunis; nam dicti oratores facta diffinitione, ad quem vel quos dicta bona pertineant, illi vel illis eadem tradere sunt parati bona predicta, et dictorum consanguineorum et al (*sic*) in predictis quorumlibet interesse habentium nomina et cognomina hic etiam habentes pro sufficienter expressis.

In fine vero dicte commissionis sive supplicacionis cedule scripta erant de alterius manus litera, superiori litere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba videlicet:

De mandato domini nostri Pape audiat reverendissimus pater dominus Cardinalis sancte Crucis, vocatis vocandis etiam extra curiam.

Et subsequebantur hec verba:

Placet domino nostro Pape, quod committantur Cardinali sancte Crucis Ioanni Zamoreni.

Post cuius quidem commissionis sive supplicationis cedule presentationem et receptionem nobis et per nos, ut premittitur, factis, fuimus pro parte honorabilium et religiosorum virorum dominorum proconsulis et consulum ac prioris, fratrum et monasterii Predicatorum nec non custodis et fratrum et monasterii Minorum civitatis Leopoliensis ac etiam proximiorum consanguineorum quondam Petri Czansir, civis Leopoliensis, in dicta nobis facta et presentata commissione narrati principalium, in eadem commissione principaliter nominatorum, debita cum instancia requisiti: quatenus sibi citationem legitimam unacum inhibitione inserta extra Romanam curiam et ad partes contra et adversus reverendum patrem dominum archiepiscopum Leopoliensem ex adverso principalem, in eadem nobis facta et presentata commissione ex adverso principaliter nominatum, omnesque alios et singulos sua comuniter vel divisim interesse putantes, iuxta et secundum dicte commissionis vim, formam et tenorem in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Dominicus Cardinalis, iudex et commissarius prefatus, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam et consonam rationi volentesque in causa et causis huiusmodi rite et legitime procedere ac partibus ipsis debitam, dante Domino, iusticiam ministrare, ut tenemur, idcirco, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet tenore presencium requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie, comuniter et divisim, vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam in vos et vestrum quemlibet, canonica monicione premissa, ferimus in hys scriptis, nisi feceritis ea, que mandamus, districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium post presentationem seu notificationem presentium vobis seu alteri vestrum factis et postquam pro parte dictorum dominorum proconsulis, consulum, prioris, fratrum et monasterii Predicatorum, custodis, fratrum et monasterii Minorum civitatis Leopoliensis proximiorumque et consanguineorum dicti quondam Petri Czansir principalium, vigore presencium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequendo; quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis pro tertio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, ita tamen quod in hys exequendis unus vestrum alterum non expectet nec alter per alium se excuset, prefatum reverendum patrem dominum archiepiscopum ex adverso principalem omnesque alios et singulos, sua communiter vel divisim interesse putantes, in eorum propriis personis, si ipsorum presentias commode habere poteritis, alioquin dictum dominum archiepiscopum Leopoliensem in aula sua archiepiscopali omnesque alios et singulos, sua interesse putantes, predictos in hospiciis habitationum suarum, si ad ea vobis tutus pateat accessus, et in parochiali seu parochialibus, sub qua vel quibus degunt et morantur, sinanter in metropolitana Leopoliensi et dicta parochiali seu parochialibus aliisve ecclesiis et locis publicis,

ubi, quando et quociens expediens fuerit, infra missarum et aliarum horarum ecclesiasticarum solempnia, dum ibidem populi multitudo ad audienda divina convenerit ex parte nostra, ymo verius apostolica, publice, alta et intelligibili voce, peremptorie citare curetis, ita quod verisimile sit citationem vestram huiusmodi ad ipsorum noticiam pervenire, ne de premissis et infrascriptis ignoranciam aliquam pretendere valeant seu imposterum quodlibet allegare; quos nos etiam tenore presencium sic citamus: quatenus centesima nonagesima die post citationem vestram huiusmodi, per vos vel alterum vestrum eis factam, immediate sequente, si dies ipsa centesima nonagesima iuridica fuerit et nos vel alius forsan loco nostri surrogandus iudex ad iura reddenda pro tribunali sederimus vel sederit, alioquin prima die iuridica, extunc immediate sequente, qua nos vel surrogandum iudicem prefatum Rome vel alibi, ubi tunc forsan dominus noster Papa cum sua Romana curia residebit, in domibus nostre solite residencie hora vesperorum et eciam causarum consueta ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio legitime coram nobis vel surrogando iudice prefato per se vel procuratorem seu procuratores suos ydoneum seu ydoneos ad causam seu causas huiusmodi sufficienter instructos cum omnibus et singulis actis, acticatis literis, scripturis, privilegiis, instrumentis, processibus aliisque iuribus et munimentis quibuscunque causam seu causas huiusmodi tangentibus seu tangendis ac eciam quomodolibet concernentibus, prefatis dominis proconsuli, consulibus, priori, fratribus et monasterio Predicatorum custodique, fratribus et monasterio Minorum ac dicti quondam Petri Czansir proximioribus et consanguineis principalibus seu eorum legitimo procuratori de et super omnibus et singulis, in dicta nobis facta et presentata commissione contentis, de iusticia responsuri et in toto negotio et causa seu causis huiusmodi ad omnes et singulos actus gradatim et successive usque ad sentenciam diffinitivam inclusive debitis et consuetis terminis et dilationibus pretendentibus, ut est moris, processuri et precedi visuri aliasque dicturi, facturi, audituri, recepturi et allegaturi, quod iusticia suadebit et ordo dictaverit rationis; certificantes nichilominus eosdem citatos, quod sive in dicto citacionis termino, ut premissum est, comparere curaverint sive non, nos nichilominus vel surrogandus iudex prefatus ad partis coram nobis comparentis et causam vel causas huiusmodi prosequi curantis instantiam ad premissa omnia et singula et alias, prout iustum fuerit, procedemus seu procedet, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstantibus. Et insuper attendentes, quod causa seu causis huiusmodi, sic coram nobis indecisis pendentibus, nichil sit in partibus innovandum seu attemptandum, idcirco vobis omnibus et singulis supradictis, quibus presentes nostre litere diriguntur, eadem auctoritate apostolica committimus et mandamus: quatenus post legitimam citationis nostre executionem reverendis patribus, quacunque pontificali dignitate fungentibus, quorumcunque locorum ordinariis eorumque et cuiuslibet ipsorum vicariis et officialibus generalibus

ceterisque iudicibus, officialibus, delegatis, subdelegatis et commissariis quibuscunque, quacunque auctoritate fungentibus, seu eorum loca tenentibus, et presertim reverendo patri domino archiepiscopo Leopoliensi ex adverso principali predicto omnibusque aliis et singulis, quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur aut quacunque perfulgeant dignitate, communiter et divisim, de quibus pro parte dictorum dominorum proconsulis, consulum, prioris, fratrum et monasterii Predicatorum custodisque, fratrum et monasterii Minorum dicte civitatis Leopoliensis ac supradicti quondam Petri Czansir proximiorum et consanguineorum principalium vigore presentium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, inhibeatis, quibus nos tenore presentium inhibemus, ne ipsi seu eorum alter vel quicunque alii per se vel alium seu alios publice vel oculte, directe vel indirecte, quovis quesito colore in litis pendentia huiusmodi nostreque iurisdictionis, ymo verius apostolice sedis, vilipendium et contemptum et dictorum dominorum proconsulis, consulum, prioris, fratrum et monasterii Predicatorum ac custodis, fratrum et monasterii Minorum ac dicti quondam Petri Czansir proximiorum et consanguineorum principalium preiudicium et gravamen et eorum iuris lesione quitquam innovare seu attemptare presumant seu presumat; quod si secus factum fuerit id totum revocare et in pristinum statum reducere curabimus iusticia mediante; diem vero seu dies citationis et inhibitionis vestrarum huiusmodi atque formam et quitquid in premissis feceritis nobis per vestras patentes literas aut instrumentum publicum, harum seriem vel designationem in se continentem sive continens, remissis presentibus, quanto citius poteritis fideliter intimare curetis; absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatam nostram excommunicationis sentenciam incurrerint, sive incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas sive presens publicum instrumentum, nostras huiusmodi citationem et inhibitionem in se continentes sive continens, exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Rome in domibus nostre solite residentie sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, indictione nona, die vero Mercurii, vicesima prima mensis Septembris, pontificatus prefati domini nostri domini Eugenii, divina providentia Pape, Quarti anno sexto decimo, presentibus ibidem egregio et provido viris, dominis et magistris Anthonio de Cafarellis utriusque iuris Doctore ac Sacri Consistorii Advocato et Stephano de Valenchia sacri Palacii Apostolici causarum Procuratore, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Petrus de Sesseual, clericus Ambianensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, dictique reverendissimi domini Cardinalis, iudicis et commissarii et huiusmodi cause coram eo scriba, quia dictarum

S. N.
de Sesseval.

literarum citatoriarum peticioni earumque decreto omnibusque aliis et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi et notam recepi, ex qua presens publicum instrumentum per alium, me aliis occupato negociis, fideliter scriptum confeci, subscripsi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum prefati reverendissimi patris domini Cardinalis, iudicis et commissarii sigilli pontificalis appensione signavi, rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 192. U dołu na czerwonym jedwabnym sznurku zawieszona pieczęć woskowa kardynała bardzo uszkodzona.

CXX.

W Rzymie 15. Lipca 1447 r.

Mikołaj V. papież nakazuje biskupom kamienieckiemu i chełmskiemu, aby przeprowadzili niezwłocznie wykonanie testamentu Piotra Czansar, który niektórym kościołom lwowskim zapisał znaczniejsze kwoty, wyznaczając rajców i burmistrza miasta Lwowa na exekutorów tegoż testamentu.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei . . venerabilibus fratribus . . Cameniecensi et . . Chelmensi Episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noster Iohannes archiepiscopus Leopoliensis ac dilecti filii proconsules et consules civitatis Leopoliensis petitione monstrarunt, quod, cum olim quondam Petrus Czansar laicus condens in eius ultima voluntate testamentum, in eo quedam mobilia necnon inmobilia bona ad ipsum spectantia ecclesie Leopoliensi et quibusdam monasteriis aliisque piis locis civitatis predicte legasset, ipsis proconsulibus et consulibus, dicti testamenti per eum executoribus deputatis, postquam quidam consanguinei prefati Petri, se illus heredes esse firmantes, eis aliqua de bonis huiusmodi vendicare disposuerant, quia dictus archiepiscopus proconsulibus et consulibus prefatis sub excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, tunc expressis, mandavit, ut sibi bona predicta consignarent, ipsi ad sedem apostolicam appellarunt, ac felicis recordationis Eugenius Papa IIII, predecessor noster, causam appellationis huiusmodi et negotii principalis dilecto filio nostro Dominico [1]), tituli sancte

[1]) Zobacz powyżej nr. CXIX.

Crucis in Ierusalem presbitero Cardinali, ad instanciam proconsulum et consulum predictorum audiendam commisit et fine debito terminandam, qui in ea ad aliquos actus inter partes ipsas dicitur processisse, necnon archiepiscopus, proconsules et consules predicti pro parcendis laboribus et expensis causam ipsam in partibus illis desiderent terminari, quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, causam predictam in statu debito resumentes, illam ulterius audiatis debitoque fine decidatis facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere, quod si non ambo hys exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum Rome apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo Idibus Iulii, pontificatus nostri anno primo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 194. U dołu na sznurku konopnym wisi pieczęć ołowiana, po jednej stronie napis: Nicolaus PP v, po drugiej oblicze śś. apostołów Pawła i Piotra z napisem: SPA. SPE. Na zagiętce napis N. Monaets.

CXXI.

W Piotrkowie 29. Sierpnia 1447 r.

Kazimierz Jagiellończyk przeznacza miastu Lwowu na utrzymanie w lepszym stanie fortyfikacyi miejskich 20 grzywien rocznie z królewskich ceł lwowskich.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lyttwanie et heres Russie significamus tenore presencium universis, quod nos, volentes, ut civitas nostra Leopoliensis, que in faucibus gentilium pene sita est, eo melius fortificetur, consulibus civitatis eiusdem Leopoliensis pro instauracione ipsius civitatis et fortificacione viginti marcas communis monete et numeri consweti in regno nostro currentis super theoloneo nostro Leopoliensi singulis annis dumtaxat ad beneplacitum nostrum duximus assignandas et presentibus assignamus. Quocirca tibi magnifico Petro de Sprowa, pallatino et capitaneo Russie generali, et theoloneatoribus theolonei Leopoliensis, pro tempore existentibus, nostris regalibus damus in mandatis: quatinus dictis consulibus Leopoliensibus de prefatis viginti marcis singulis annis, ut prefertur, ad racionem theoloneorum nostrorum predictorum respondere debeatis, super eorum recognicione, vobis in racionibus per nos computanda, et aliud

non facturi pro gracia nostra. In cuius rei fidem sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Pyotrkow feria tercia in die Decolacionis Sancti Iohannis anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Relacio magnifici Petri de Sczekoczin, Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 195. Na pasku pergaminowym zawieszona mniejsza pieczęć królewska.

CXXII.

We Lwowie 29. Lutego 1448 r.

Jan arcybiskup lwowski exkomunikuje na dniu 21. Lutego 1448 r. kanoników lwowskich Franciszka dziekana, Piotra Prochnickiego i Mikołaja Olchowskiego, a na dniu 23. Lutego t. r. Mikołaja Schyrmara mieszczanina lwowskiego, a notaryusz Andrzej syn Piotra z Szamotuł przepisuje dwa te wyroki arcybiskupie na żądanie rajców miasta Lwowa, we Lwowie 29. Lutego t. r.

In nomine domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, indiccione undecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicolai, divina providencia Pape, quinti, anno ipsius secundo, die vero Iovis, ultima mensis Februarii, hora decima octava, vel quasi in stuba comuni, in pretorio civitatis Leopoliensis sita, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum pariter et rogatorum presencia constituti personaliter famosi domini Nicolaus iunior Sculteti, magister civium, ceterique consules civitatis Leopoliensis, tenentes suis in manibus duos processus originales, interdictum in se continentes, in papiro scriptos, ipsis per honorabilem dominum Petrum de Vyelyczka, sacristianum et protunc ebdomadarium Leopoliensem executos, traditos de manibus eius stantis personaliter, sigillo reverendissimi in Christo patris et domini, domini Iohannis, Dei gracia archiepiscopi Leopoliensis, de cera rubea impresso sigillatos, de armis Odrowansch, litere vero circumferenciales, prout prima facie apparent in linea superficiali, erant tales: „Sigillum Iohannis Archiepiscopi Leopoliensis“; quos quidem processus originales, michi notario de manibus eorum traditos, pecierunt in publicum transsumi transsumptum; quorum processuum tenores secuntur de verbo ad verbum, nichil addendo neque diminuendo, in hac forma, que sequitur:

Iohannes, Dei gracia sancte metropolitane Leopoliensis ecclesie archiepiscopus, honorabilibus et discretis viris dominis ad metropolitanam nostram ecclesiam ebdomadaris (*sic*) ac eciam parochialium ecclesiarum per et infra nostram diocesim rectoribus, et qui pre-

sentibus fuerint requisiti, salutem in domino. Significamus vobis per presentes: quomodo honorabilis Franciscus decanus, Petrus Prochnyczski, Nicolaus Olchowski canonici ad nostram extiterunt citati presenciam, pro et super intromissione violenta ad ecclesiam nostram dotem, molendina et eorum emolimenta, qui coram nobis comparentes, nomine suo et aliorum canonicorum dixerunt, se habere possessionis intromissionem a magnifico domino Petro Odrowansch, palatino et capitaneo Leopoliensi, per ministerialem et notarium auctoritate regie celsitudinis, propter quam violenciam nobis factam, ut premisimus, quamquam in totam civitatem Leopoliensem merito ecclesiasticum debuissemus ponere interdictum, tamen quia, micius agere volentes, dumtaxat in ipsorum canonicorum personas de iure, Christi nomine invocato, posuimus interdictum; occasione cuius interdicti sententia locaque [1]) ea castra, opida, civitates, villas ac ecclesias, ad que dicti domini Franciscus decanus, Petrus Prochnyczsky, Nicolaus Olchowsky et ipsorum sequaces, videlicet ceteri canonici, quorum nomine predictam violenciam facere presumpserunt, taliter per nos interdicti et excomunicati et obstinati, devenerint ac declinaverint, et quamdiu in eis moram traxerint ecclesiasticam, hys scriptis subicimus interdicto, a celebracione divinorum cessare demandantes. Quod quidem interdictum, quamdiu in supradictis locis perseveraverint, trino tactu campane singulis horis canonicis, vobis omnibus predictis executoribus et vestrum cuilibet inviolabiliter precipimus observari, post dictorum vero dominorum excomunicatorum et interdictorum ac obstinatorum de loco recessum divina officia, prout moris est, duximus resumendum; que omnia et singula vobis omnibus prescriptis executoribus insinuamus, propellamus, intimamus et ad vestram noticiam deducimus per presentes districte et sub obediencie debito ac excomunicationis pena: quatinus dictos dominos excomunicatos et interdictos vestris in ecclesiis denuncietis et anunciare curetis singulis diebus dominicis et festivis, facientes ipsos in cibo, potu, salutacione, emencione (*sic*), vendicione, foro, igne, balneo hospiciique recepcione, inhibentesque ipsis ecclesiastica sacramenta et ecclesiasticam sepulturam, arcius evitare; presencia tamen moriencium (*et baptismatis parvulorum*) [2]) duntaxat exceptis, que talibus excomunicatis de iure dare permittuntur; premissa tamdiu exequentes, donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum Leopoli (*die*) Mercurii, vicesima prima mensis Februarii anno domini millesimo quadringentesimo XL^{mo} octavo, nostro sigillo presentibus subimpresso. Executione vero facta, litteram reddatis sigillatam, illectam, die annotata et vestrorum nomine inposicione (*sic*).

Cuius processus interdicti executio est talis:

---

[1]) W tem miejscu widocznie coś zepsute. Być może powinno: *occasione cuius interdicti ad quecunque loca eaque castra* . . . [2]) Wyrazy w klamrach notaryusz opuścił przez pomyłkę, jak widać oczywiście z następnego dokumentu.

Ego Petrus sacristianus sum executus presens mandatum feria sexta ante Oculi. (*23. Lutego*).

Demum secundi processus interdicti tenor est talis:

Iohannes, Dei gracia sancte metropolitane Leopoliensis ecclesie archiepiscopus honorabilibus et discretis viris ebdomadariis ad nostram metropolitanam ecclesiam Leopoliensem ac per et infra civitatem Leopoliensem et diocesim nostram parrochialium ecclesiarum rectoribus, qui presentibus fuerint requisiti, salutem in domino. Significamus vobis per presentes, quomodo circumspectus Nicolaus alias Schyrmar, civis Leopoliensis, manus in presbiterum suas violentas iniecit ipsumque detinuit, vulneravit et intruncavit, occasione cuius violencie prefate nostras penas ipso facto incurrit, racione cuius violencie et pene nostre merito ecclesiasticum hys scriptis ponimus in ipsius personam de iure interdictum: ad quecunque loca eaque castra, civitates, opida, villas ac ecclesias idem Nicolaus Schyrmar excomunicatus et interdictus devenerit ac declinaverit et quamdiu in eis moram traxerit, ecclesiastico hys scriptis subicimus interdicto, a celebracione divinorum cessare demandantes. Quod quidem interdictum trino tactu campane horarum singularum canonicarum vobis omnibus supradictis et vestrum cuilibet inviolabiliter precipimus observare. Post dicti vero Nicolai excomunicati et interdicti de loco recessum divina officia, prout moris est, in vestris ecclesiis resumatis. Que omnia et singula vobis omnibus insinuamus, propellamus et intimamus et ad vestram noticiam presentibus deducimus, districte precipiendo ac sub pena excomunicacionis iniungentes, quatinus prefatum Nicolaum Schirmar, sic per vos excomunicatum et interdictum, vestris in ecclesiis singulis (*diebus*) [3]) dominicis et festivis denunciare et excomunicare curetis, facientes ipsum in cibo, potu, salutacione, empcione et vendicione, foro, igne, balneo hospiciique recepcione et a quovis actu Christi fidelium arcius evitare, removentes ipsum a divinis et ecclesiasticis sacramentis ac ecclesiastica sepultura; presencia tamen moriencium et baptismatis parvulorum dumtaxat exceptis, que talibus excomunicatis de iure dare permittuntur; tamdiu premissa exequentes, donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum Leopoli die Veneris, vicesima tercia mensis Februarii anno domini millesimo CCCC° XL^{mo} octavo, nostro sub sigillo presentibus subimpresso. Executione facta, literam reddite sigillatam, die annotata.

Cuius quidem processus executionis est talis:

Per me Petrum sacristianum facta est execucio vicesima tercia die mensis Februarii.

Super quibus omnibus et singulis prefati domini Nicolaus magister civium ceterique consules pecierunt a me notario publico infrascripto, dictos processus interdicti in publicam transsumpti redigere formam, desuper instrumentum publicum fieri petentes. Acta sunt hec anno, indiccione,

---

[3]) Wyrazu tego w oryginale nie ma.

pontificatus, die, mense, hora et loco, quibus supra. Presentibus venerabili et famosis viris dominis magistro Paulo Czedlycz de Gubyn Mysnensis diocesis, Doctore medicinis et iuris canonici Baccalario, Stanislao Polyak de Cracouia, Procopio Rasore de Leopoli civibus, circa premissa testibus.

S. N. Et ego Andreas Petri de Schamothuly, clericus Poznaniensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia dictis requisicioni processuum, interdictorum aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu propria scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium premissorum.

Pergaminowy dokument w archiwum miasta Lwowa nr. 196.

CXXIII.

We Lwowie 8. Marca 1448 r.

Jan Gołąbek z Zimnejwody sędzia i Ścibor z Wiszni podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Konrad z Kunaszowa i żona jego Jadwiga, córka Jana z Zubrzy, pokwitowali tegoż Jana z zupełnego odebrania posagu.

Nos Iohannes Golambek de Zymnawoda iudex et Stiborius de Vysnya subiudex terre Leopoliensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quomodo ad nostram nostrorumque infrascriptorum dominorum assessorum, nobiscum iudicio terrestri residencium, presenciam venientes personaliter nobiles Cunradus de Cunaschow cum generosa Hedwigi uxore sua, filia generosi domini Iohannis, heredis de Zubrza, non compulsi nec coacti neque aliquo errore devio seducti, sed de eorum libera ac spontanea (*voluntate*) [1]), recognoverunt, quia ipsis dominus Iohannes Zubrski solvit et satisfecit pro dote, vulgariter za posag, quam debuit dare post dictam Hedwigim, filiam suam, dicto domino Cunrado, genero suo, quinquaginta marcas communis pecunie, monete et numeri Polonici consueti, quadraginta cum octo grossos in quamlibet marcam computando; ideo iam dictus Cunradus cum Hedwigi, uxore sua, et cum posteris suis de premissa dote alias possag silencium fecerunt ipsis perpetuum, nunquam de cetero perpetuis temporibus ipsum Iohannem Zubrski nec eius posteros debere impedire, sed silencium perpetuum habere et inscripcionem supra

---

[1]) Wyraz ten opuszczony w oryginale.

in libro terrestri factam, qua se obligaverat seu inscripserat dictus Iohannes Zubrski ipsi Cunrado, genero suo, super istas quinquaginta marcas pro dote alias za possag mortificaverunt et de libro terrestri describere fecerunt. Super quo dictus Iohannes Zubrski posuit memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli feria sexta proxima ante dominicam Iudica anno domini M° quadringentesimo XL^mo octavo, presentibus magnifico et generosis dominis Iohanne de Knychinicze Castellano Haliciensi, Nicolao de Gologori Subdapifero, Nicolao Clus de Vysnyani Subpincerna Leopoliensibus, Frederico de Iaczimirz Gladifero Sanocensi, Petro et Nicolao fratribus de Romanow et aliis fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 197. U dołu na rzemyku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa z herbem podsędka Jastrzębiec. Pieczęć sędziego wraz z paskiem oderwana.

CXXIV.

W Laskowcach 27. Maja 1448 r.

Janusz z Orinina, podkomorzy kamieniecki, poświadcza, że Mikołaj Zwynyączsky przeprowadził dział wsi Hussakowce pomiędzy siostrami Anną i Stachną, małżonkami Piotra i Jurka.

Nos Ianusch de Orinino, succamerarius Cameneciensis, significamus tenore presencium quia (*sic*) presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo cum consensu et admissione domini Regis serenissimi nobilis Nicolaus Zwynyączsky citatus per nobiles Annam et Stachnam, uxores Petri et Iurkonis, heredes paternales Hissacowskye pro limitacione et distinctioneque (*sic*) divisione graniciarum eiusdem ville Hissacowscze, et distinximus, divisimus et limitavimus ex omnibus metis circumquaque protensis, videlicet ex illa parte fluvii dicti Zbrucz [1]) usque ad fluvium Dnyastr, ab vszczye rivuli dicti Dolszek usque ad Przeymam via Hissacowiensi ibidem tendenti usque ad graniciam domini Cigansky iterum protensam ad Zbrucz, in his limitavimus et distinximus, presentibus distinguimus, perpetue duraturum et spectans ad villam regalem Leschcowicze [2]), que decens ex hac parte Dolszczi spectat ad Leschcowcze et ex illa parte usque ad Zbrucz ad Hissacowcze. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Leschcowcze feria II^a post Corporis Cristi anno domini M°CCCCXL octavo, presentibus

---

[1]) Zbrucz poboczna rzeka Dniestru z lewej strony. [2]) Laskowce, wieś w powiecie czortkowskim.

nobilibus Sigismundo de Nowoszelicze, Iohanne de Boriskowcze, Nycolao Podolecz de Nowoselcze, Borszczone de Coczini, Iohanne Cigansky de Boriskowcze, Petro Cigansky de Woythcowcze, Iohanne Knychniczsky, que (*sic*) ministrali (*sic*) protunc existenti dicto assalay (*sic*) [1]) et aliis quampluribus etc.

Dokument oryginalny na pergaminie znajduje się obecnie w Zakładzie Narodowym Imienia Ossolińskich. Pieczęci braknje, pozostało tylko rozcięcie tam, gdzie była zawieszona.

CXXV.

We Lwowie 30. Lipca 1448 r.

Jan Gołąbek z Zimnejwody sędzia i Ścibor z Wiszni podsędek ziemscy lwowscy rozstrzygają spór o dom murowany na ulicy żydowskiej we Lwowie, należący niegdyś do Wolczka żyda, celnika lwowskiego, pomiędzy Janem z Sienna, podkomorzym przemyskim, i Szachnem, żydem lwowskim, na korzyść pierwszego.

Nos Iohannes Golambek de Zymnawoda iudex et Stiborius de Vysnya subiudex terre Leopoliensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, ad quoscumque presentes pervenerint: quomodo causa vertente citra quatuor annorum spacium inter magnificum dominum Iohannem de Syenno, subcamerarium Premisliensem, actorem ab una, et Schachnonem, Iudeum de Leopoli, partem adversam ab alia partibus pro et super domo murata aciali in plathea Iudeorum et civitate Leopoliensi olim Volczkonis Iudei, theolonatoris Leopoliensis [2]), eundo ad synagogam Iudeorum, sinistra manu de circulo sita, valoris quingentarum marcarum et tantum dampni, ad quam domum muratam prefatus dominus Iohannes duxit se litteras efficaces regie magestatis obtinere; tandem diversis terminis inter eos vertentibus, de iudicio magnifici domini Petri Odrowansch de Sprowa, palatini et capitanei terre Russie generalis, terminus datus est coram regia magestate; quo termino adveniente, prefatus dominus Iohannes subcamerarius coram iudicio regie magestatis litteras regales produxit super eandem domum muratam et nos cum dominis infrascriptis, iudicio regie magestatis presidentibus, de mandato sue serenitatis specialiter comissis, Schachnoni Iudeo prima, secunda, tercia et quarta ultra iuris formam vicibus litteras et munimenta producere fecimus super eandem domum muratam: qui Schachno duxit se iura bona habere super eandem domum muratam, sed asserebat ipsas litteras non posse ponere

---

[1]) Może zamiast *asaula*. [2]) Porównaj powyżej umieszczony dokument nr. LXXXIII.

dicens, quia ipsa haberet aput (*sic*) mercatorem, qui transmarinas equitavit partes, et dominus Iohannes subcamerarius dixit: domini, ecce hic minutam produco de libro traditam, quia prius Schachno terminum sibi reponebat mercatore taliter sicut et hodie isto volo lucrari et memoriale pono; et nos cum dominis infrascriptis iudicio regie magestatis presidentibus exaudita minuta, quia Schachno Iudeus prius reponebat sibi terminum mercatore, et iterum hic in isto alio termino eodem modo mercatore terminum sibi prorogabat, sentenciavimus et adiudicavimus, sentencia diffinitiva mediante, sibi domino Iohanni subcamerario perpetue et in evum eandem domum muratam cum omni iure, dominio, utilitatibus ceterisque proventibus et obvencionibus universis iuxta tenorem privilegii regie magestatis sibi vero Schachnoni Iudeo de premissa domo murata perpetuum inposuimus silencium et adiudicatum ab ipso domino Iohanne subcamerario recepimus ministerialemque Nicolaum Leopoliensem de iudicio sibi domino Iohanni subcamerario ad eandem domum dedimus, qui ministerialis coram nobis recognovit, quia dedit intromissionem sibi domino Iohanni ad eandem domum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Leopoli feria tercia proxima ante festum sancti Petri ad vincula anno domini M⁰ quadringentesimo XL^{mo} octavo, presentibus magnificis et generosis dominis iudicio regie magestatis presidentibus Hryczkone Kerdeowicz de Wynniki Palatino Terre Podolie, Barthossio de Gori Iudice Terrestri Cracouiensi, Nicolao de Panchow Subiudice Terrestri Sandomiriensi, Nicolao de Zarnowyecz, Nicolao de Tharnawa olim Zuppario Cracouiensi, Iohanne Kramski Capitaneo Zudaczouiensi et aliis fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 88. U dołu na okrawkach pergaminowych wiszą dwie pieczęci, ale obie tak zniszczone, że znamion rozpoznać nie można.

CXXVI.

W Kamieńcu 19. Sierpnia 1448 r.

Kazimierz Jagiellończyk darowuje szlachetnie urodzonemu Danile i jego prawowitym spadkobiercom, prawem feodalnem, puste miejsca zwane Kopistryn i Werchniaki.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incomodis, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, proinde nos Kazimirus tercius Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, magnus dux Lithuanie Pomeranieque dominus et heres Russie etc. significamus, quibus expedit, universis,

presentibus et futuris, tenore presencium mediante: quomodo consideratis fidelibus serviciis et constantis fidei merita (*sic*), quibus nobilis Danilo in premuniendo terrarum nostrarum ab inimicis nostre complacuit maiestati, horum intuitu, volentes ipsum nostris prosequi favoribus et ad servicia nostra facere prompciorem, sibi et suis successoribus legittimis vastitatem alias pustynia Copisterin et Werchniaki [1]) dictam in torrente de fluvio Morathwa torrente et terra Podolie ac districtu Braclaviensi [2]) sitam, cum omnibus et singulis utilitatibus de campis, agris, pratis, pascuis, graminibus, silvis, borris, mericis, gaiis, nemoribus, sareptis, indaginibus, rubetis, querectis, pinetis, mellificiis, fluviis, fluminibus, lacubus, stangnis, paludibus, piscinis, piscaturis, piscaturis (*sic*), piscariis, rypis, rivulis, torrentibus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolumentis, areis, domibus, curiis, ortis, pomeriis, allodiis, prediis, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, attinenciis, appendiis et obvencionibus his generaliter universis, ad predictam vastitatem quomodolibet spectantibus, quocunque nomine seu vocabulo censeantur speciali, ita longe, late et circumferencialiter, prout dicta vastitas in suis metis, finibus, limitibus, gadibus et graniciebus est distincta et limitata, dedimus, donavimus, presentibusque damus, donamus et largimur graciose iure feodali perpetue et in evum; tali condicione interposita et specialiter expressa, quod prefatus Danylo et sui successores legittimi in prefata vastitate residenciam debent facere personalem ac terras nostras ab inimicis nostris Thartaris debito tempore premunire, custodiam habendo vigilem, et ipsis iuxta suum posse resistere; casu vero, quo prefatus Danylo et sui successores legittimi in prefata vastitate residenciam non fecerint personalem, extunc ipso facto ipsa vastitas seu bona ad nos et nostros successores devolventur pleno iure et de ipsis disponere potuerimus, prout tunc nostre placebit maiestati. Quam quidem vastitatem prefatus Danylo et sui successores legittimi habebunt facultatem dandi, donandi, vendendi, comutandi, arrendandi, obligandi alienandi et in usus beneplacitos convertendi, stacionibus tamen et iuribus nostris regalibus per omnia semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Camyenyecz feria secunda infra octavas Assumpcionis Marie virginis anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, presentibus magnificis et generosis Iohanne de Ciszow Castellano et Capitaneo Craconiensi, Petro de Schamotuli Calisiensi, Dobrogostio de Ostrorog Camyenyeczensi, Nicolao de Zakrzow Wisliciensi, Iohanne de Grandi Spiczimiriensi et Iohanne de Wysnyecze Premisliensi Castellanis, testibus

---

[1]) To miejsce wyskrobane i czarniejszym atramentem te dwa słowa: *Copisterin et Werchniaki* wpisane. Nazw tych w województwie bracławskim nie było można odszukać. Znajduje się wprawdzie w województwie tem wieś Werchniaczka, lecz ta leży nad rzeką Humeńką, w powiecie humańskim, a nie nad rzeczką Morachwą wpadającą na granicy województwa podolskiego do Dniestru w powiecie jampolskim (zob. Skorowidz miejscowości województwa bracławskiego. Kraków 1869). [2]) To miejsce również wyskrobane i słowo *Braclaviensi* wpisane.

circa premissa. Datum per manus magnificorum Iohannis de Conyeczpolye Cancellarii et Petri de Sczekoczyn Vicecancellarii in regni (*sic*) Polonie, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem magnifici Iohannis de Conyeczpolye regni Polonie Cancellarii etc.

Na odwrotnej stronie kilka napisów, zdaje się, późniejszych, między innymi: Przywilej od króla trzeciego Kazimierza na dobra pewne Pustynie Kopistryn y Wierchniaki Nobili Danilo anno 1448. *F. 2. infra 8vas assumpcionis S. v. M. in Kamieniec Ius feodale.* Dokument na pergaminie dobrze zachowany. Pieczęć oderwana, zawieszoną była na jedwabnym sznurku. Własność Zakładu narodowego imienia Ossollińskich nr. 529.

CXXVII.

We Lwowie 20. Listopada 1448 r.

Kapituła metropolitalna lwowska obiecuje rajcom i mieszkańcom miasta Lwowa, że bronić ich będzie od wszelkich prześladowań, na któreby ich wystawiać mógł Jan arcybiskup lwowski.

Capitulum metropolitane Leopoliensis ecclesie universis et singulis cupimus fore notum per presentes, ad quorumcumque noticiam presens scriptum fuerit devolutum: quia famosos et spectabiles viros dominos consules et cives civitatis Leopoliensis uno animo et voluntate nostris ac bona fide intercedere et evincere promittimus, et presentibus obligamur ipsos dominos consules et cives pretacte civitatis Leopoliensis reddere indempnes, sub omnibus bonis nostris, ab omnibus et singulis tribulationibus et vexationibus nec non sentenciis excomunicationis vel etiam interdicti, si quibusvis ipsos reverendissimus pater dominus Iohannes, archiepiscopus Leopoliensis, gravare, angariare seu perturbare niteretur necnon si necesse fuerit absoluciones simpliciter vel ad cautelam impeciare nostris sub impensis, tociens, quociens necessarium fuerit seu opportunum, ab omni eciam impeticione et infestaciane dicti reverendissimi patris et domini domini Iohannis, Dei gracia archiepiscopi Leopoliensis, occasione ipsorum tuicionis et proteccionis nostre, ab instancia dicti domini Iohannis archiepiscopi et iniuriis, si quas nobis irrogare vellet, iuxta literam mandati serenissimi principis et domini domini Kazimiri, Dei gracia Regis Polonie et magni ducis Lythwanie etc., ipsis dominis consulibus et civibus in personam nostram factis. In quorum omnium et singulorum fidem et evidenciam pleniorem has nostras literas per Andream Petri de Szamothuli, coram nobis scribam, scribi et publicari mandavimus sigilloque capitulari iussimus communiri. Acta sunt hec Leopoli in pretorio civitatis

Leopoliensis anno domini M°CCCC°XL^{mo} octavo, indiccione undecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicolai, divina providencia Pape, quinti, anno ipsius secundo, die vero Mercurii, vicesima mensis Novembris, hora decima nona vel quasi presentibus honorabilibus et providis viris dominis Nicolao de Cosczcow, Iacobo de Knyechinicze, Iohanne de Prussi Plebanis, Iohanne Nigro, Nicolao Smithfelt Civibus Leopoliensibus circa premissa testibus, vocatys specialiter et rogatys.

S. N.

Et ego Andreas Petri de Schamothuli, clericus Poznaniensis diocesis, publicus imperiali aucthoritate notarius, quia omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu propria scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi cum subappensione sigilli dictorum dominorum capitularium de mandato eorum speciali, rogatus et requisitus in fidem et testimonium premissorum.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 198. Na pasku pergaminowym wisiała pieczęć, która z czasem odpadła.

CXXVIII.

W Samborze 21. Lutego 1449 r.

Piotr Odrowąż ze Sprowy, wojewoda lwowski i starosta ruski, obowiązuje się w obec Fyetka Jarego, że nie będzie mu stawiał żadnych przeszkód co do objęcia i posiadania dóbr darowanych mu niegdyś przez Władysława Warneńczyka, leżących w obwodzie jeneralnego starostwa ruskiego.

Nos Petrus Odrowansch de Sprowa palatinus Leopoliensis et capitaneus terre Russie generalis significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, harum noticiam habituris: quia nobili domino Fyetconi dicto Iari, familiari preclari domini ducis Swidrigelli, bona, villas et possessiones, que per serenissimum principem et dominum, dominum Wladislaum, Regem nostrum graciosum, in partibus regni Hungarie sibi sunt donate et inscripte, prefatum Fyetconem Iari ad eadem bona donata, in tenuta capitaneatus nostri consistencia, admittimus et eadem sibi consentimus tenore presencium mediante, non obstantibus iuribus et munimentis nostris, que nobis per antefatum dominum Regem Hungarie super bona huius-

modi confecta haberemus. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Sambor feria sexta ante Cathedram sancti Petri de anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

Oryginał pergaminowy w archiwum kap. metr. lwowskiej obrz. łacińs. (Loc. 19. nr. 7.) na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa Piotra ze Sprowy z odciskiem herbu Odrowąż.

CXXIX.

W Krakowie 11. Maja 1450 r.

Bartosz z Góry sędzia i Piotr z Czcikowic podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że Zbigniew Oleśnicki, kardynał i biskup krakowski, unieważnił wszelkie sądowe pretensye, terminy, oskarzenia sądowe przysądzone mu kiedykolwiek na Janie i Zawiszy, braciach z Rożnowa.

Nos Barthossius de Gori iudex et Petrus de Czcicouyce subiudex terre Cracouiensis generales notumfacimus, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod, cum ex mandato serenissimi principis et domini domini Kaszimiri, Dei gracia Regis Polonie, pro tribunali iudicialiter presidebamus, tunc coram nobis et assessoribus nostris, nobiscum in iudicio presidentibus, constitutus personaliter reverendus in Christo pater dominus Sbigneus, Dei gracia divina miseracione tituli sancte Prisce Romane ecclesie presbiter Kardinalis et episcopus Cracouiensis, sanus mente et corpore existens, non compulsus neque coactus, sed de bona sua voluntate recognovit, quomodo omnes et singulas suas aquisiciones, inscripciones, literas et terminos colloquiales, particulares et curie regalis, quos et quas in quibuscunque libris iudicialibus supra generosos dominos Iohannem et Zavissium, fratres germanos, de Rosznow heredes, habuit contra eosdem Iohannem et Zavissium, mortificavit et mortificat in eternum, neque debent esse alicuius memorie. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Cracouie feria secunda proxima post festum sancti Stanislai in Mayo anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, presentibus hys magnificis et strenuis dominis Iohanne de Cziszow Castellano et Capitaneo Cracouiensi, Petro de Weschmunthow Iudice Sandomiriensi, Nicolao Vicecapitaneo, Iohanne Roccos de Coszczicze Burgrabio Castri Cracouiensis, Stanislao de Mlodzeyouicze, Iohanne Grad Zagorszky Procuratore Sancti Andree Monialium in Cracouia pluribusque aliis fidedignis etc.

Oryginał pergaminowy bez pieczęci i pasków w posiadaniu Zakładu nar. im. Ossolińskich.

CXXX.

W Lublinie 27. Czerwca 1450 r.

Kazimierz Jagiellończyk wydaje rozkaz, żeby kupcom nie wolno było używać nowych dróg z ominięciem miasta Lwowa a szlachcie ustanawiać nowe cła i myta.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, heres Russie etc. universis et singulis terrarum Russie capitaneis, tenutariis, woyewodis, burgrabiis, procuratoribus, viceprocuratoribus, theoloneatoribus, passuum locorumve custodibus et quibusvis aliis officialibus et subditis eorumque vicesgerentibus, presentibus requirendis, nostris fidelibus dilectis, graciam regiam et omne bonum: certa auribus nostris inculcavit relacio, quomodo nonnulli mercatores et vectores, spretis stratis publicis, abiectis viis solitis et consuetis, versus civitatem nostram Leopoliensem proficiscendi ab antiquo positis et statutis, viis novis insolitis et inconsuetis proficiscerentur et transirent ipsamque civitatem Leopoliensem assidue preterirent, in eius et nostrorum pariter theoloneorum grave preiudicium et iacturam, quodque nonnulli nobiles et terrigene, nullis penitus iuribus habitis et obtentis, in eorum hereditatibus novas et nunquam ab antiqua consuetudine et institucione fieri solitas theoloneorum et pontium excogitarent et facerent daciones, in tocius reipublice magnum nocumentum atque dampnum; quocirca vobis et vestrum cuilibet seriose mandamus et districte, nulla carere volentes racione, quatenus visis presentibus in foris et aliis locis, in quibus maior hominum concurret multitudo, publice proclamare et prohibere debeatis, ne quispiam viis novis insolitis et inconsuetis proficiscatur ipsamque civitatem nostram Leopoliensem, spretis viis antiquis, oblique et indirecte preterire audeat, atque nullus penitus, iuribus de et super theoloneis novis statuendis non obtentis, huiusmodi theolonea excogitata tollere non presumat inhibendo et presertim cum et dive memorie carissimus genitor noster, feliciter agens in humanis, ista admittere noluit, ymo exacte prohibuit, prout ex literis suis, quas ipsi cives Leopolienses habent, perdocti sumus. Si quis autem premissis ausu temerario contraire presumpserit, ipsum corripere, castigare, arrestare et cum bonis detinere debeatis, quociens oblique proficisceretur et transiret, arrestata omnia civibus Leopoliensibus conservanda presentantes, secus pro gracia nostra facere non ausuri. Datum in Lublin sabbato ante festum

beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Relacio magnifici Iohannis de Conyeczpole
Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 199. Pieczęć była na czerwonym wosku na dokumencie wyciśnięta, lecz się zupełnie wykruszyła.

CXXXI.

W Dobrzeszczanach 10. Września 1451 r.

Kazimierz Jagiellończyk darowuje Stankowi i Iwankowi Dawidowiczom pustkowie zwane Jaszczniska.

In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sendomirie, Siradie, Lancicie, Kuyawie ac magnus dux Lithwanie, Pomeranie Russieque dominus et heres ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo de nobilium Stanko et Iwanko Dawydowicz fidelitate et serviciorum constancia, quibus agente in humanis magnifico olim Petro Odrowąs de Sprowa, pallatino Russie, in custodia contra Tartaros, crucis Christi et nostros ac regni nostri inimicos, se operosos, diligentes ac pervigiles custodes exhibuerunt, per generosum Andream Odrowąs de Sprowa, capitaneum Leopoliensem, informati, volentes eosdem Stanko et Iwanko ad huiusmodi servicia nobis et regno nostro opportuna facere paratos et obligatos, ipsis vastitatem nostram, Iaczniska vocatam et in districtu Leopoliensi sitam, in qua hactenus se locare in nova radice inceperunt, ita longe, late et circumferencialiter, prout ex antiquo signis aut scopulis ab aliis hereditatibus et villis est distincta et limittata, damus, donamus et largimur donacione perpetua per presentes, cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, borris, mellificiis, gaiis, fluviis, lacubus, piscinis, piscaturis, aquis, aquarum decursibus, molendinis et emolimentis ac universis attinenciis et pertinenciis, ad prememoratam vastitatem Iasczniscza [1]) quomodolibet spectantibus et pertinentibus, per ipsos Stanko et Iwanko eorumque successores seu heredes habendum, tenendum, utifruendum, pacifice et quiete possidendum, vendendum, commutandum, obligandum, alienandum et in usus ipsorum beneplacitos convertendum temporibus

[1]) Jaśniska o milę od Janowa w powiecie gródeckim. Porównaj dokument poniżej umieszczony nr. CXXXIII.

perpetuis et eviternis. Racione cuius donacionis prememorati Stanko et Iwanko eorumque successores seu heredes in Iaseznisza ad mandatum capitaneorum nostrorum Leopoliensium ad granicies regni seu terrarum eiusdem et extra in custodiam contra Tartaros semper et pro omni tempore debent inequittare et in custodia huiusmodi operosam et pervigilem facere diligenciam, sine negligencia et excusacione aliquali, tociens, quociens necessitas postulaverit, ad eiusmodi servicium ipsos et eorum successores seu heredes in Iaseznisza per presentes obligamus. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Dobrzesczany [1]) loco nostrarum venacionum feria sexta infra octavam Nativitatis gloriosissime Virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, presentibus ibidem generosis et strenuis Iohanne Kuropathwa de Lanczuchowo Succamerario Lublinensi, Nicolao de Chrząsczow Tribuno Craconiensi, Iohanne Kyensky Venatore Lublinensi, Zidio de Schudol, Petro Donyn de Prawkowicze et aliis familiaribus nostris fidedignis circa premissa. Datum per manus magnificorum Iohannis de Konieczpole Cancellarii et Petri de Sczekoczyn Vicecancellarii regni Polonie, syncere nobis dilectorum.

Ad relacionem strenui Beysath Schemowyth
Regie Curie Marschalci.

Wydrukowano według kopii z XVI. wieku w kopiaryuszu miasta Lwowa III. A. 223. pag. 179 i 180.

CXXXII.

W Piotrkowie 24. Czerwca 1453 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala na podstawie przywileju udzielonego przez Władysława Warneńczyka Teodorykowi z Buczacza, kasztelanowi i staroście kamienieckiemu, zapisać Piotrowi z Glinic 50 grzywien na wsi Wyrbce, na Podolu w powiecie kamienieckim leżącej, i oddaje mu wieś tę w zastaw.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo habentes specialem respectum ad serenissimi principis domini Wladislai, Hungarie, Polonie etc. Regis, germani nostri carissimi, litteras, quas coram nobis habuimus exhibitas et medientibus, quibus ipse serenissimus dominus Wladislaus Rex magnifico Theoderico de Buczacz, castellano et capitaneo Cameneczensi in terra Podolie, ut eo prompcius presencia hominum inhabitaretur personis nobilibus et valentibus, quinquaginta marcas communis peccunie in regno currentis in et

---

[1]) Dobrostany w powiecie gródeckim o 1½ mili od Gródka.

super bonis nostris regalibus facultatem inscribendi concessit, visisque [1]) eciam prefati magnifici Theoderici, castellani et capitanei Cameneczensis, per quas nobili Petro de Glinicze, terram Podolie presencialiter inhabitare volenti, quinquaginta marcas comunis regni peccunie inscripsit in et super villa nostra Wyrbka, in terra Podolie et in districtu Cameneczensi sita, cum omni iure, dominio, proprietate, censibus, utilitatibus, fructibus, redditibus et omnibus usibus et obvencionibus universis, quibuscumque vocitantur nominibus, eidem Petro de Glinicze in prefatis quinquaginta marcis monete currentis, taliter, ut premittitur, datis, inscriptis et donatis, easdem confirmantes, inscribimus, donamus et largimur graciose, per ipsum Petrum habendum, tenendum et pacifice possidendum, tamdiu, donec sibi aut successoribus suis legittimis per nos aut successores nostros predicte marce quinquaginta fuerint intergraliter persolute; quibus exolutis predicte ville possessio ad nos aut nostros successores redibit pleno iure, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum in Pyotrkow in convencione generali pro festo sancti Iohannis Baptiste annorum (*sic*) domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Relacio magnifici Petri de Sczekoczini Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany i czytelnie pisany znajduje się w Zakładzie narodowym imienia Ossolińskich pod nr. 557. Na zagiętce jest napis: „*Gnoyniczsky scripsit*". Pieczęć i sznurek od niego zaginęły.

CXXXIII.

W Krakowie 7. Sierpnia 1453 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza nadanie Władysława Warneńczyka stu grzywien na wsi Rokitnicy udzielone Mikolajowi Smithfeldowi.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis et singulis: quomodo ex sciencia et consensu nostro speciali providus Nicolaus Schmyttfelth, civis Leopoliensis, villam nomine Rokithnicza [2]) dictam, et kmethones, quos locavit in Iasniscza [3]) infra limites et granicies eiusdem ville Rokithnicza, prout privilegium donacionis serenissimi principis domini Wladislai, germani nostri charissimi, Regis Polonie, satis clare elucidat, in terra et districtu Leopoliensi sitam, in summa peccuniarum scilicet centum marcarum,

---

[1]) Tutaj widocznie opuszczono *literis*. [2]) Rokitno, o dwie mile od Janowa w powiecie gródeckim. [3]) Jasniska, o milę od Janowa w powiecie gródeckim. Porównaj dokument nr. CXXXI.

in qua prefatus Schmytfelth tenuit et habuit eandemqe inhactenus manu tenet et possidet, obligare aut commutare pro aliis bonis poterit licite cuicumque persone, tam nobili quam eciam civili, ipsam volenti habere, iure ac ordine talibus, ut prefertur, cum omnibus fructibus, redditibus et aliis proventibus quibuscumque tenendum, habendum, possidendum, usque ad plenam et integram per nos vel nostros successores prefate summe centum marcarum solucionem seu per alterius, nostro ad id consensu accedente, exempcionem. Persoluta itaque predicta summa centum marcarum per nos vel nostros successores protunc ville eiusdem possessori, ad nos vel successores nostros dicta villa Rokithnicza devolvi debebit et redire pleno iure, iuribus tamen et stacionibus nostris semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria tercia ante festum sancti Laurencii proxima anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Ad relacionem magnifici Petri de Sczekoczin
Regni Polonie Viceeancellarii.

Wyrukowano według kopii z XVI. wieku w kopiaryuszu miasta Lwowa III. A. 233. pag. 178.

CXXXIV.

We Lwowie 7. Stycznia 1454 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, i Jan Gołąbek z Zimnejwody, sędzia lwowski, rozstrzygają spór o wsie Laszki i Sroki pomiędzy siostrami Anną i Fietką Holybejównami a Duchną Ormianką.

Andreas Odrowansch de Sprowa, pallatinus et capitaneus terre Russie generalis, et Iohannes Golambek de Zymnawoda, iudex Leopoliensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, quia in pretorio Leopoliensi cum dominis infrascriptis sedebamus in iudicio inter virgines filias Holubyeyowey dictas Anna et Phyethka ab una et Duchna, Armena Leopoliensi, ab altera partibus pro literis hereditariis super bona et villas dictas Laschky et Sroky [1]) et alias certas literas Ruthenicas et Latinas, in panno lineo colligatas, que litere fuerant reposite in pretorio apud consules Leopolienses usque ad etatem virginum dictarum scilicet Anne et Phyetcze eedemque litere fuerant reposite ibidem tali sub condicione, quod, adveniente etate puerorum dictorum [2]), cuicunque fuerint adiudicate litere predicte, illi et bona hereditaria in literis eisdem contenta. Sic igitur tunc cum eisdem

---

[1]) Laszki i Sroki wsie pod Lwowem. [2]) I ten dokument pokazuje jak najwyraźniej, że wyraz *puer* oznacza potomków obojga płci. Porównaj notę dodaną do dokumentu nr. XIV.

dominis literas ipsas recto iudicio adiudicamus sepedictis virginibus scilicet Anne et Phyetheze pariter cum bonis annotatis scilicet Laschky et Sroky ad tenendum et possidendum effective; quibusquidem virginibus mandamus literas easdem reddere et viceversa restituere cum effectu; quos consules Leopolienses pro literis eisdem tenore presencium ab impedimentis et vexacione quarumcumque personarum liberamus et facimus solutos, recognoscimusque (eisdem literis [1]), quod easdem literas de iudicio fecimus restituere et Duchna ab eisdem literis omnibus et singulis abrenunciante dictos consules de eisdem liberos et solutos pronunciando. In signum cuius presentem literam mandamus sigillis nostris consignari. Datum Leopoli feria secunda in crastino Epiphaniarum anno domini millesimo CCCC° quinquagesimo quarto, presentibus generosis et nobilibus Nicolao de Gologori Subdapifero Leopoliensi, Iohanne Buczaczky, Vincencio Chochlowsky, Paulo de Przyeczlauicze, Iohanne Wysoczky, Stanislao de Sroky et aliis quam pluribus fide dignis ad premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 204. Na pasku pergaminowym zawieszona woskowa pieczęć wojewody Andrzeja z odciskiem herbu Odrowąż. Na odwrotnej stronie współczesny napis: *Quittacio restitucionis litterarum super Szroky et Lyaszki.*

CXXXV.

W Krakowie 20. Lutego 1454 r.

Wacław, książe opawski i raciborski, uposaża kościół parafialny w mieście swem Jaworowie.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wenceslaus, Dei gracia Dux Oppawie et Rathiborie etc. et heres in Iaworow, significamus tenore presencium, quibus expedit universis et singulis, presentibus et futuris, quomodo volentes terrena in celestia et transitoria in eviterna felici comercio mercari pro nostra, nostrorum predecessorum salute ac pro remuneracione eterne vite et consolacione, ecclesiam in oppido nostro Iaworow nove plantacionis in honorem Omnipotentis Dei et in honorem Assumpcionis virginis Marie gloriose et sancte Barbare virginis de bonis nostris hereditariis atribuimus, conferrimus (*sic*), donamus, damus, ascribimus misericorditer: in primis de molendinis nostris in Iaworow in fluvio Sczklo sitis decimam metretam omnis grani sigilinisque (*sic*), tritici et brasei; item piscinam in torrente Iaxa sic dicto, qui iacet inter villam Zalusze et villam Iezow cum omni iure, prout potest aquam in se continere, cum omnibus extremitatibus alias obszari; item duos laneos cum omni iure et pratis, que continentur in

---

[1]) Te dwa wyrazy w oryginale podpunktowane, to znaczy, że je wyrzucić należy.

luto ante istos laneos; item duos hortos; item decimam munipularem de omni nostra agricultura tam de villa nostra Sbadzin [1]), quam de aliis villis nostris; item de hominibus omnibus, qui sunt in iure tauthunico (*sic*), debent dare irrecuse ad quodlibet quatuor tempus per unum grossum usque ad decem annos, post decem vero annos debent dare annonas alias meszne et grossum quatuor temporum non dabunt, tunc de quolibet laneo debent dare unum truncum de sigiline (*sic*) et unum de avena; item de theoloneo nostro in Iaworow unum mille de sale ad quodlibet quatuor tempus. Ista omnia et singula supra dicta pye propter Deum erogamus domino Nicolao, capellano nostro de Grodek, propter Deum legittime vocato, et post eum aliis rectoribus, prefate ecclesie successoribus, qui fuerint a nobis presentati pro tali tempore, regendum, habendum, possidendum cum omni iure et ad usus suos, prout melius poterint, meliorendum (*sic*) temporibus perpetuis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum, presentibus testibus primo domino Bernardo herede de Wathnow et domino Nicolao alias Goli herede de Ponyeczycze et domino Micosz de Pilchowicze et domino Nicolao Preposito de Rathiborz et aliis quam plurimis fidedignis etc. Datum Cracouie feria quarta ante Kathedram sancti Petri sub anno domini millesimo quadricentesimo quinquagesimo quarto.

Pergaminowy oryginał w arch. kap. metr. lwows. obrz. łac. (Loc. 19 nr. 8), z pismem wypełzniętem, gdzie niegdzie późniejszą ręką poprawianem. U dołu zawieszona pieczęć na czerwonym wosku wyciśnięta, znacznie uszkodzona, na sznurku jedwabnym, z czerwonych nici skręconym, złożona z czterech tarczy: na dwóch z nich orzeł piastowski, na dwóch drugich znamiona zupełnie dziś zatarte; z napisu w otoku tylko szczątki pozostały. Na odwrotnej stronie dwa napisy późniejszą ręką, podające treść dokumentu.

CXXXVI.

We Lwowie 31. Lipca 1454 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, Jan z Pilczy, Jan Kmita z Wiśnicza lwowski, Piotr z Próchnika przemyski, Wańko z Kwasiłowa chełmski, Jan z Knychynicz halicki kasztelanowie, Jerzy Matiasowicz z ziemi sanockiej składają na ratuszu lwowskim do przechowania szkatułkę z trzema dokumentami dotyczącymi całej Rusi.

Andreas Odrowansch de Sprowa, palatinus et capitaneus terre Russie generalis, Iohannes de Pylcza etc., Iohannes Kmitha de Wysznicze Leopoliensis, Petrus de Prochnik Premisliensis, Wanko de Kwaszylowo Chelmensis, Iohannes de Knehinicze Haliczicnsis

---

[1]) Jazów, Załuże, Zbadyń wsie w pobliżu powiatowego miasta Jaworowa.

castellani, et Georgius Mathiaschowicz de terra Sanoczensi significamus per presentes, quomodo cisticulam cum tribus litteris seu privilegiis, saluberrimi recordii videlicet serenissimorum principum et dominorum etc. Wladislai antiqui Polonie una et Wladislai Hungarie Regum alia, serenissimeque domine Regine Polonie Hedwigis tercia, terram Russie universam spectantibus, apud famosos dominos consules civitatis Leopoliensis ad manus fideles tali deposuimus sub condicione: quod ipsi consules prefati nemini preter nos septem dominos preennarratos aut quatuor ex nobis de quatuor districtibus dictam cisticulam restituere debebunt viceversa, ita quod duo nostrum de uno et alii duo de alio aut tres de uno districtibus non sint; incumbente vero repentina et ardua necessitate, ex tunc quatuor dominis ex nobis duorum aut plurium districtuum, ita ut ad districtus nullus debeat haberi respectus, prefatas litteras ipsi consules restituere tenebuntur integraliter in effectu. Huius in rei maiorem evidenciam nostrorum presentes munimine sigillorum duximus roborandas. Datum Leopoli feria quarta proxima ante festum beati Petri apostoli ad Vincula anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, transeuntibus nobis de expedicione bellica protunc contra hostilitatem Thartarricam (*sic*) mota.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 205. Na okrawkach pergaminowych zawieszone pieczęci woskowe cztery, jako to: z herbem Leliwa Jana z Pilczy, trzy następujące pozacierane i uszkodzone, a pierwszej brakuje, to jest Odrowąża. Na odwrotnej stronie współczesny napis: *Quod cistula cum privilegiis ad manus fideles deposita nulli dari debet.*

CXXXVII.

We Lwowie 20. Września 1454 r.

Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jakób Klus z Sołowy sprzedał za 130 grzywien wieś swą Szydłów Mikołajowi Klusowi z Wyżnian.

Nos Stiborius de Vyschnya iudex et Iohannes de Vyssoki sub(*iudex terrestres Leopolienses ge*)nerales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus (*quam fut*)uris, presencium noticiam habituris: quomodo ad nostram nostrorumque assessorum, nobiscum iudicio terrestri residencium, presenciam veniens personaliter nobilis Iacobus Clus de Solowa, non compulsus nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, recognovit libere, quia nobili Nicolao Clus de Vysznyany vendidit et resignavit perpetue et in evum pro centum marcis et triginta marcis comunis pecunie, monete et numeri Polonici consueti, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam

compututando, villam Schydlow [1]), in districtu Leopoliensi sitam, iuxta forum per presens factum cum strennuo domino Petro Romanowski et iuxta litteram super hoc forum confectam, cum omni iure, dominio, proprietate, utilitatibus, reditibus, censibus, silvis, boris, mericis, gaiis, quercubus, quercetis, piscinis, stagnis, fluviis, lacubus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis, thabernis, agris, campis, pratis, graminetis, sareptis, mellificiis, viis stratis, semittis (*sic*) ceterisque proventibus et obvencionibus universis, quocunque nomine seu vocabulo censeantur, ad longitudinem et latitudinem dicte ville Schydlow, prout in suis metis, graniciis et gadibus atque signis est circumferencialiter distincta et limitata, nichil pro ipso Iacobo Clus ibidem in dicta villa Schidlow iuris, proprietatis aut dominii reservando, sed cum totali ac plenario iure per ipsum Nicolaum Clus et eius legittimos successores tenendum, habendum, possidendum, utifruendum, commuttandum, alienandum, vendendum, donandum et in usus suos et successorum suorum beneplacitos convertendum, quo sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expedire; et Iacobus ipsum Nicolaum debet protegere in dictis bonis Schidlow ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem. Super quo Nicolaus Clus posuit memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta in vigilia sancti Mathei appostoli et ewangeliste anno domini M° quadringentesimo quinquagesimo quarto, presentibus generosis et nobilibus dominis Nicolao de Gologori Subdapifero, Nicolao de Romanow Subpincerna, Stachira de Sroki Vicecapitaneo Leopoliensibus, Stanislao Krzyweczski, Petro de Parwa Wynnyki, Petro de Pyaschezicze et aliis fidedignis circa premissa testibus.

Pergaminowy oryginał w Zakł. nar. imienia Ossol. nr. 24. w jednem miejscu dość znacznie uszkodzony. Zawieszone były dwie pieczęci, które wraz z paskami na których wisiały, zaginęły.

CXXXVIII.

We Lwowie 8. Stycznia 1455 r.

Grzegorz, arcybiskup lwowski, pozwala na prośbę rajców lwowskich przenieść założony przez nich oltarz w katedrze lwowskiej na inne miejsce.

In nomine domini Amen. Quamquam sanctis ob merita ipsorum insignia congruis orthodoxi astringuntur obsequi honoribus, quantomagis sanctorum sanctissimam intemeratam

---

[1]) Wsi tej nazwy niema dzisiaj nie tylko w okolicach Lwowa, ale i dalszych częściach Galicyi, są tylko Szydłowce w mieleckiem i w husiatyńskiem; do nich sprzedaż ta odnosić się nie może.

Dei genitricem omni laude dignissimam fervencioribus, quibus possent, extollere teneantur preconiis, que sola mater et regina misericordie a filiis Eve in lacrimarum valle lugubria clamantibus suspiria, tanquam advocata legittima, misericordes oculos non avertat, sed et Christum, prolem sui ventris sanctissimam, velut clemens, pya dulcisque Maria post huius carnis exilia indubie credentibus ostentabit, proinde nos Gregorius, Dei gracia sancte ecclesie metropolitane Leopoliensis archiepiscopus, una cum fratribus capituli nostri Leopoliensis ad perpetuam rei memoriam devenire cupientes, universis et singulis, presentibus et futuris, quibus interest aut interesse videbitur, significamus per presentes: quomodo famosi et legales viri preconsul et consulares civitatis Leopoliensis, filii nobis in Christo dilecti, sanctissimam Dei genitricem virginem Mariam, reginam celorum, que ceteros merito patrocinio sanctos preculit et dignitate, matrem misericordie, pietatis amicam et pro salute fidelium dilectorum facinore gravatorum ad regem, quem genuit, pociorem sedulam et pervigilem exoratricem, devote consideracionis indagine intime contemplantes, capellam novam, corporis ecclesie nostre metropolitane dextrossum choro contiguam, eiusdem virginis gloriose pro veneracione iugique memoria funditus erigendo, matura ultronea et indiscrepanti voluntate previa: nostram accedentes presenciam humiliter et devote supplicarunt, quatinus fundacionem altaris, ante introitum dicte capelle proxime siti, sub titulis videlicet sanctorum decem millium Martirum, Agnetis, Catherine, Dorothee, sacrarum virginum atque martirum, per antecessores dictorum consulum, pro tempore existencium, racionabiliter factam, in dictam capellam transferre dignaremur graciose. Nos vero, devota et suplici eorum attenta instancia, cultum Dei omnipotentis et sanctorum suorum in rittu (*sic*) ecclesiastico, prout tenemur, ex cura pastorali promovere sathagentes, eiusmodi ipsorumque salubribus votis annuentes, dictam capellam in honore virginis Marie Visitacionis, Iohannis Baptiste, Bernardini Confessoris, sanctorum patronorum, altareque in dicta capella erectum in vim translacionis prefate fundacionis sub titulis predictis videlicet decem millium Martirum, Agnetis, Katherine, Dorothee, virginum et martirum, insuper et Vrbani pape, Clementis pape, Barbare, Margarethe et undecem millium Virginum sanctarum solemniter dedicavimus, presentibusque ipsam fundacionem predicti altaris de corpore ecclesie predicte omni via, modo, iure, proprietate, oblacionibus, missarum celebracionibus et aliis officiis ac cerimoniis per capellanum, iure patronatus per consules predictos Leopolienses presentatum, celebrari solitis, censibus, emolumentis, condicionibus, cautelis et pertinenciis universis, iuxta certa privilegia et munimenta super dicta fundacione confecta, ritte et legittime transferrimus (*sic*) dicteque capelle integraliter incorporamus, nil penitus iuris quid (*sic*) relinquentes; supplemus eciam omnem defectum, si quis circa premissa dubia interpretacione verborum aut sentenciarum solempnitatis, iuris seu alterius cautele sive condicionis obmisse fuerit compertus. In cuius rei testimonium sigillo nostro anulari et capituli nostri

Leopoliensis iussimus roborari. Actum et datum Leopoli feria quarta proxima infra octavas Epiphaniarum anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, venerabilibus et honorabilibus et discretis et famosis viris dominis Iohanne Burcardi Officiali Generali, Nicolao Olchowsky, Iohanne Scolteti, Stanislao Basz Canonicis, Gabriele Plebano de Zudaczow, Nicolao Blasar, Martino de Iaroslaw Vicariis, Iohanne Langno, Nicolao Habrek Consulibus Leopoliensibus, testibus.

Oryginał na pergaminie znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 206. U dołu na rzemykach pergaminowych dwie woskowe pieczęci, pierwsza arcybiskupa Grzegorza z wyobrażeniem na tle czerwonem herbu Strzemię, druga już po kilka kroć dawniej opisywana kapitulna na tle czarnem.

CXXXIX.

We Lwowie 26. Stycznia 1455 r.

Grzegorz, arcybiskup lwowski, nadaje odpusty kaplicy N. Maryi Panny w katedralnym kościele lwowskim.

Gregorius, Dei gracia sancte ecclesie Leopoliensis archiepiscopus, universis et singulis Christi fidelibus, presencium noticiam habituris, salutem in omnium Salvatore. Cum salus animarum in largicione elemosinarum plerumque consistat, volentes igitur, ut mentes Christi fidelium in capella fraternitatis, dextrossum chori ecclesie Leopoliensis sita, ad ferrenciores benedicte Marie laudes Visitacionis, Iohannis Baptiste sanctorumque decem millium Martirum, Bernardini novi confessoris, Vrbani pape, Clementis pape, Agnethis, Katherine, Dorothee, Barbare, Margarethe et sanctarum undecem millium Virginum veneracionemque continuam incitare, ut inde divini muneris apciores efficiantur, omnibus et singulis utriusque sexus, contritis et confessis, qui ad missarum solemnia sive alia solita officia in hys festivitatibus ad dictam capellam confluxerint et oblaciones suas aut cereos pro uberiori veneracione sive oraciones suas inibi devote exhibuerint sive obtulerint, vel alias manus suas quomodo porrexerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum, eius auctoritate confisi, quadraginta dies indulgenciarum in domino misericorditer relaxamus perpetuis temporibus fore valituris, alias quoque indulgencias per alios reverendissimos et reverendos patres dominos archiepiscopos, episcopos concessas et concedendas, expost ratificamus et approbamus eviternis temporibus duraturas. Datum Leopoli die Lune, vicesima sexta [1]) mensis

---

[1]) W r. 1455 przypadał dzień 26. Stycznia na Niedzielę a nie na Poniedziałek; zdaje się więc, że pisarz omylił się, pisząc *vicesima sexta* zamiast *vicesima septima*.

Ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, nostro sub sigillo presentibus subappenso.

Poniżej dokumentu znajdują się trzy następujące napisy, każdy inną ręką i innym atramentem pisany:

Nos Iohannes, Dei et apostolice sedis gracia episcopus terre Moldauiensis, similiter XXXX. dierum indulgencias misericorditer in domino relaxamus.

Nos Nicolaus, Dei gracia episcopus Kamenecensis, secundum formam supra descriptam quadraginta dies indulgenciarum presentibus superaddimus. In quorum fidem sigillum nostrum iussimus hic subappendi.

Et nos frater Ieronimus Panisarius, sacre theologie professor ac Dei et apostolice sedis gracia episcopus Caffensis, nostra pontificali auctoritate quadraginta dies indulgenciarum superaddimus premissis. In fidem sigillum nostrum est appensum. Datum in Leopoli nona Iunii anno etc. LXII^do^.

Oryginał pergaminowy znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 207. U dołu cztery pieczęci woskowe na rzemykach pergaminowych wiszące. Pierwsza na czerwonym wosku wyciśnięta przedstawia podkowę barkiem do góry z laską, zdaje się, w środku; po nad tarczą, zdaje się, pastorał a na okół 4 litery, zdaje się, O. C. N. C. Druga także na czerwonym wosku wyciśnięta przedstawia na tarczy herb Strzemię, po nad tarczą krzyż i infułę a w otoku napis nieczytelny. Jest to pieczęć Grzegorza z Sanoka jak wynika z dokumentu tuż przed tym tu umieszczonego. Trzecia bardzo uszkodzona z wyobrażeniem N. P. Maryi z dziecięciem Jezus, nad trzema kolumnami stojącej, u dwóch kolumn stoją dwaj Święci, napis w otoku otłuczony, że ledwie zostało: PANISARIUS, jest to więc pieczęć Hieronima biskupa. Czwarta przedstawia na tarczy herb Rawicz, po nad tarczą pastorał i infuła, napis nieczytelny. Po piątej pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy.

CXL.

We Lwowie 7. Kwietnia 1455 r.

Rajcy miasta Lwowa wyznaczają karę na tych rajców, którzy się na zawezwanie burmistrza na posiedzenie nie stawią.

My Rayce Miasta Lwowa Mikołay z Wielunia Burmistrz, Mikuła, Ian stary pisarz mieiski, Carny Michał siedzący Rayce wespołek z starą radą iako Frydrych Alexius Schropp, Mikołaj Helbczem, Michał Tempel, Ian Groszchel, Mikołay Eberko, Ian Langenan y Iarek Gotalt w niebytności niektórych siedzących y starych Radzecz, którzy na ten czasz dla choroby przysdz nie mogli, uczyniliśmy takie postanowienie y obowiązek na nasze niepo-

slusenstwo, przes które miastu siela omieskania y błędow przychodziło, zgodną wolą y rozmyślną radą za Wilkierz: że gdy Burmistrz nas obeśle, abyśmy na Ratusz przysli, bądź siedzączych, bądź starych, ktoryby w pułgodziny nieprzysedł, ten za karanie ma przes nocz na Ratusu zostać a do tego wierdunek polski dacz za winę bez wszelakiey łaski. Cośmy obiecali moczno w swey władzey trzymacz iako często kto przewini. Stało się Roku 1455. w poniedziałek po wielkiej noczy.

Dokument ten znajduje się zapisany w księdze archiwum lwowskiego nr. 1076, str. 279 i to w kopii z XVII. wieku.

CXLI.

W Piotrkowie 22. Maja 1455 r.

Kazimierz Jagiellończyk nadaje Ormianom Waszkowi, Steczkowi i Tomaszowi, braciom, korzyści prawa miejskiego lwowskiego.

Kazimirus, Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Litphanie, Russie Prussieque dominus et heres, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis harum noticiam habituris: quomodo de nostra certa sciencia et ex gracia speciali cupientes providos Ivaszkonem et Steczkonem cum Thoma, fratres germanos indivisos, nostros Armenos in Leopoli, filios olim Iacobi, nostris favoribus prosequi graciosis, ipsis Waszkoni, Steczkoni et Thome fratribus ius civile Leopoliense tale, prouti in suis punctis, articu[l]is et clausulis lacius est descriptum et continetur iuxta tenorem sue inscripcionis, dedimus, donavimus, contulimus, damus, donamus, conferimus et largimur per presentes, ipsos elliberantes (*sic*) et absolventes a quibusvis theoloneis et foralibus Leopoliensibus, nobis per ceteros Armenos solvi et dari consuetis, eosdem marcancias (*sic*) omnium marcanciarum (*sic*) in predicta civitate Leopoliensi vendere, emere et exercere, secundum oportunitatem merciarum ipsorum, presentibus assecurantes et absolventes ab omnibus arrestacionibus, exaccionibus et solucionibus theoloneorum nostrorum regalium, prefatos Armenos nostros iure simili gaudere facientes et uti, prout eciam serenissimus dominus Rex Vladislaus, felicis recordii noster genitor carissimus, alios Armenos eodem iure civili consolabatur ex gracia speciali, quam eliberacionem et absolucionem ab huiusmodi solucionibus theoloneorum nostrorum ipsis donamus, damus et presentibus inscribimus graciose ad tempus vite ipsorum duntaxat. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus subappressum. Datum in

Piotrkow feria quinta proxima ante festum Pentecostes anno domini M⁰ CCCC⁰ quinquagesimo quinto.

Relacio magnifici Iohannis de Cziszow Castellani et Capitanei Cracouiensis.

Wydrukowano według kopii z XV. wieku z kopiaryusza miasta Lwowa III. A. 223. pag 44. Dokument ten drukował poprzednio już *Bischoff*: *Urkunden zur Geschichte der Armenier in Lemberg*, str. 20.

CXLII.

W Piotrkowie 27. Czerwca 1455 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza nadania przez przodków swych mieszkańcom królestwa polskiego udzielone.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gracia Polonie, Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie terrarum Rex, magnus dux Lithvanie, Russie heres et dominus Prussie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo, recensentes et in animo revolventes, quanta puritatis affectione et fidei integre constancia prelati, comites, milites, barones, proceres, nobiles, burgenses ceterique subditi et incole regni nostri Polonie spirituales et seculares personam nostram venerati sunt atque dilexerunt, ut tandem, decedentibus felicis memorie serenissimis principibus dominis Wladislao genitore et Wladislao germano Regibus et predecessoribus nostris carissimis, nos tanquam verum heredem et legitimum successorem ipsis in Regem et dominum voluntatibus concordibus assumpserunt, sacro quoque regni dyademate insignierunt; cum igitur, Altisimo dirigente, votis eorundem incolarum regni nostri in nostram maiestatem deliberate concurrentibus, paternum huius sacri regni Polonie nacti sumus solium, dignum eapropter duximus in ipsos incolas oculos pietatis nostre apperire et eis hanc, quam actu et opere veluti athlete fideles in nobis exhibuerunt, sinceritatis constanciam gratitudine, uti decet, compensare, unde ex certa nostra sciencia prehabita, sufficientissima deliberacione, animo benivolo et voluntate nostra ultronea, ipsis prelatis, comitibus, baronibus, militibus, proceribus, nobilibus, burgensibus ceterisque subditis et incolis regni nostri, cuiuscumque status existant spirituales vel seculares, queque ipsorum iura, libertates et emunitates, litteras et privilegia ecclesiastica et secularia, que a dive memorie prelibatis genitore et germano et aliis regibus, principibus, ducibus et dominis predecessoribus nostris, regni Polonie

veris et legittimis heredibus, super quibuscunque bonis et libertatibus habere dinoscuntur et habent, sub quibuscunque datis in vita ipsorum rite et iuste emanatas, libertates et emunitates spirituales et seculares in se continentes, et quas hic volumus habere pro insertis, in omnibus eorum punctis, posicionibus, articulis et clausulis universis ratificamus, innovamus, gratificamus, approbamus et presentis scripti patronicio confirmamus, decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. Promittimus insuper in verbo nostro regio presentibus et spondemus eadem ipsorum iura, libertates et emunitates, litteras et privilegia per omnia rata atque grata habere et inconcussa iugiter et inviolabiliter, perpetue observare et eis satisfacere cum effectu. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Pyotrkow feria sexta proxima post festum sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, presentibus ibidem reverendissimo et reverendo in Christo patribus, dominis Iohanne sancte Ecclesie Gnesnensis Archiepiscopo et Primate et Andrea Poznaniensi Episcopo ac magnificis et generosis Iohanne de Czizow Castellano Craconiensi, Luca de Gorka Palatino Poznaniensi, Iohanne de Olesznicza Sandomiriensi, Derslao de Rithwiani Siradiensi, Stanislao de Ostrorog Calisiensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Stiborze Brestensi, Nicolao de Coszczelecz Iuniwladislauiensi Palatinis, Przedborio de Conyeczpole Sandomiriensi, Andrea de Chotecz Brestensi, Nicolao de Zakrzow Visliciensi Castellanis, Bartholomeo Gruszczinsky Siradiensi, Michaele de Lassothky Lanciciensi, Iohanne de Coszczelecz Dobrinensi Succamerariis et aliis Prelatis et Baronibus in Convencione Pyotrkouiensi generali congregatis, sincere nobis dilectis. Datum per manus reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis et Regni Polonie Cancellarii.

Ad relacionem eiusdem reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis et Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał na pergaminie znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 220. Pieczęć woskowa wisząca na jedwabnym sznurku z nici żółtych, czarnych i różowych bardzo dobrze zachowana, większa pieczęć królewska jak w statucie Działyńskiego tab. 7. nr. 1.

CXLIII.

W Piotrkowie 17. Stycznia 1456 r.

Kazimierz Jagiellończyk rozstrzyga spór pomiędzy mieszczanami lwowskimi a kamienieckimi nakazując, ażeby ostatni nie omijali składu lwowskiego i obiecując, że za przyjazdem do Lwowa rozpatrzy i ostatecznie rozstrzygnie tę sprawę.

Kazimirus, Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque heres et dominus etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo orta dudum inter famosos cives nostros Leopolienses ex una, cives de Camyenecz ex altera partibus, occasione depositorii Leopoliensis. materia questionis, qui cives Cameneczenses allegarunt, quomodo rectioribus itineribus, pretermisso depositorio Leopoliensi, hincinde cum bonis et rebus ipsorum. iuribus et libertatibus eorum permittentibus, habuissent facultatem. Nos igitur materiam questionis huiusmodi per insticiam et iurisformam dirimere et discutere volentes utrique parti in presenti convencione iura eorum, que hinc et hinc super huiusmodi re habere se pretendunt. coram nobis producere et monstrare iusseramus. Qui quidem cives Cameneczenses in ea ipsa convencione coram nobis cum iuribus suis, prout debuerunt, parere non curarunt, ipsis civibus Leopoliensibus comparentibus, iuraque sua coram nobis et consiliariis nostris demonstrantibus, circaque eos ad ipsorum instanciam duximus conservandum et conservavimus, decernentes, ut exnunc ipsi cives de Camyenecz et eiusdem civitatis incole universi depositorium Leopoliense iuxta iura et privilegia civitatis nostre Leopoliensis in eundo cum bonis et mercibus suis nullatenus debeant preterire. sed cum omnibus rebus, bonis et mercibus suis, quomodocunque nuncupatis, ad aliquas insolitas et indirectas vias minime declinando, ad ipsum depositorium Leopoliense generale se convertant in eundo, mercium et rerum suarum eciam in dicta civitate Leopoliense depositum facientes, usque ad nostrum felicem et proximum Leopolim adventum presentem duraturum. Ubi dum fuerimus constituti, revisis iuribus dictorum civium Cameneczensium, prout et Leopoliensium iam vidimus, in quantum ipsi cives Cameneczenses suis iuribus a deposito Leopoliensi absolvuntur, circa ea illos, uti decet, conservare non denegabimus. Si vero dicte civitatis Cameneczensis incole vel quicunque alii, qui ad depositorium Leopoliense prefatum cum bonis suis declinare tenentur, illud ausu temerario presumpserint preterire, indulgemus tales ipsis civibus Leopoliensibus iuxta continenciam iurium suorum arrestare. Harum quibus sigillum nostrum appensum

est testimonio litterarum. Datum in Pyotrkow ex convencione generali Sabbato in vigilia sancte Prisce virginis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Relacio venerabilis Iohannis Lutkonis de Brzesze utriusque iuris Doctoris, Archidiaconi Gneznensis, Regni Polonie Viceeancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 213. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy.

CXLIV.

W Krakowie 16. Marca 1456 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje na skargę Jana, notaryusza kołomyjskiego, ściśle wykonywanie nadanych dawniej mieszczanom kołomyjskim przywilei dotyczących składu soli.

Kazimirus, Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, qualiter accedens ad nostre maiestatis presenciam ex parte providorum consulum et tocius communitatis civitatis Colomiensis nostre honestus Ioannes, eiusdem civitatis notarius, gravi exposuit in querela, quomodo propter villanos, kmetones, qui argiculturis et laboribus domesticis obmissis prorsus et abiectis mercanciis et negociacionibus ducture, scilicet salis et mercimoniorum, se imiscentur in preiudicium et detrimentum destructionemque civitatis predicte Colomiensis, iam non modicas in proventibus et fructibus suis paterentur diminuciones ac decrescerent, suplicavitque nostre maiestati humiliter et devote: quatinus huiusmodi eorum defectibus de innata nobis regalis benignitatis clemencia obviare et presidio esse dignaremur; nos tandem, eiusdem precibus tanquam consonis racioni et iustis benigniter annuentes et huiusmodi eorum egestati et destruccioni compacientes, omnibus villarum Colomiensis, Snyatinensis et Kropiciensis districtuum kmetonibus, sal atque alias quascunque merces seu res mercimoniales causa mercandi et negociandi per civitates, villas et quevis alia loca ducentibus, per terram Podolie ipsam ducturam omnium huiusmodi tam salis quam mercimoniorum duximus inhibendam tenoreque presencium inhibemus et prohibemus, quatinus de cetero cum sale neque cum mercimoniis per civitates, districtus et villas terre Podolie causa vendendi ipsi cmetones equitare, spaciare et proficisci presumant vel quovismodo audeant, sed unusquisque, secundum quod in regno nostro moris est et consuetudinis, ad civitatem Colomiensem ad depositorium salis tam emendi quam vendendi causa recurant

et respectum habeant, ibique omnia ducant, presertim hi in districtu Colomiensi existentes et degentes, et quocienscumque aut dum sal duxerint, nonnisi civibus illud vendant, comunes vero populi ad fora in Colomiam confluentes et concurrentes venientesque, duntaxat apud cives sal emant et comparent, ubi vero aliquid horum in contrarium duxerint faciendum seu huiusmodi nostris mandatis in aliquo contraverint prefatis civibus Colomiensibus, omnes tales emethones sic, ut premittitur, cum sale et mercimonialibus rebus per villas terre Podolie et alia loca ducentes et proficiscentes arrestandum, tollendum, levandum et recipiendum thezauroque nostro confiscandum, plenam dedimus et concessimus damusque et concedimus omnimodam tenore presencium facultatem. Quocirca tibi capitaneo moderno aut qui pro tempore fuerint capitanei nostri firmis damus in mandatis, districcius precipientes mandamus Colomiensi, Snyatinensi, Cropicensi videlicet aut ipsorum vicesgerentibus, omnino habere volentes: quatinus dum ibi et quociens per ipsos cives Colomienses fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, ipsis, ubi necessitas ingruerit, in arrestacione emetonum et salis et mercimoniorum recepcione consilio, auxilio asistatis et opere asistere debeatis cum effectu; et ne ipsi tales salis ductores et mercimoniorum emethones villani per ignorantiam in suis defraudentur bonis occasione huiusmodi ducture prohibicionis, volumus et mandamus: quatinus mox, visis presentibus, huiusmodi nostram inhibicionis et ad recipiendum admissionis donacionem in foris publicis, tociens, quociens fuerit opportunum, proclamare et publicare faciatis et debeatis; secus non facturi prout gracia nostra est vobis chara. In cuius rei testimonium et robur firmitatis sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracouie feria tercia post dominicam Iudica proxima anno domini 1456.

Relacio venerabilis Lutkonis Ioannis de Brzezie utriusque iuris Doctoris, Protonotarii et causarum sacri palacii apostolici Auditoris, Archidiaconi Gneznensis, Regni Polonie Vicecancellarii.

Wydrukowano według kopii i to z transsumptu Zygmunta I. z r. 1517 (przepisanego w pierwszej połowie XVI^go^ wieku) z kopiaryusza miasta Lwowa III. A. 223 pag. 139 i 140.

CXLV.

We Lwowie 15. Maja 1456 r.

Jerzy Strumiło z Dymoszyna, chorąży lwowski, zapisuje OO. Franciszkanom lwowskim wieś swą Czyszki ze sołtystwem i Monasterzem, a Jan Mikołaj z Karnowa potwierdza to nadanie w Sączu 28. Sierpnia 1463 r.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc celestium sortes in eterna beatitudine consequi speramus, dum ecclesiis et eorum ministris profectos congruos ordinamus et largimur, proinde nos Georgius Strumilo, heres de Dimossino, vexillifer Leopoliensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris: quomodo considerantes singulam huius ergastuli caduca persistere et velud *(sic)* umbra cuncta debere defluere, zelo caritatis et fervore devocionis accensi, cupientes saluti nostre providere ac Pauli genitoris et Marie genitricis ceterorumque amicorum nostrorum vita functorum et in humanis adhuc agencium salubrius disponendo consulere, de consensu et certa sciencia ac voluntate speciali serenissimi principis et domini domini Casimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Litphanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, non compulsi nec coacti neque aliquo erroris devio circumventi, sani mente et corpore existentes, de nostra libera et spontanea voluntate, salubri freti consilio, villam nostram Czesky [1]) cum scolteccia et Manasthircze, bona nostra hereditaria, non patrimonialia nec materna, ad que fratres et consangwineitate nobis annexi, tam propinqui quam remoti sexus utriusque, nichil iuris habere dinoscuntur, que eciam bona pecuniis nostris propriis per sudorem et profluvia cruoris nostri in serviciis gravibus acquirendo titulo empcionis comparacionis, nullo amicorum et proximorum nostrorum ad id nobis subsidio suffragante, cum omnibus et singulis pertinenciis, ad eandem villam et scolteciam ac Manastircze spectantibus, iuxta munimenta et litteras nostras quas super bona premissa habuimus, in districtu Leopoliensi situata, necnon curiam nostram cum orto foris civitatem Leopoliensem in suburbio, eundo ad alcius castrum, post ecclesiam beate Marie virginis iacentem, simpliciter et pure propter Deum ob remissionem peccatorum nostrorum conventui et fratribus claustralibus ordinis Minorum sancti Francisci ecclesie sancte Crucis in Leopoli consistentis dedimus, assignavimus, donavimus, incorporavimus et inscripsimus tenoreque presencium damus, assignamus,

[1]) Czyszki wieś w powiecie lwowskim, z kościołem rzymsko katolickim, należy i dziś do klasztoru OO. Franciszkanów we Lwowie.

donamus, incorporamus et inscribimus donacione et largicione irrevocabili perpetue et in evum, racione et pretextu capelle beate Marie virginis illibate in ambitu eundo de castro inferiori in sinistra manu ecclesie et monasterii eiusdem edificate. Que quidem capella per venerabiles et religiosos patres et fratres Georgium de Sanok vicarium, Bartholomeum de Cracouia arcium liberalium baccalarium et custodem totumque conventum Leopoliensem nobis et nostris successoribus perpetue est incorporata, inscripta et donata. In qua quidem capella singulis diebus predicti fratres et eorum successores, pro tempore existentes, conventus prefati unam missam de beata Maria virgine gloriosa et horas eiusdem virginis benedicte, utpote matutinum trium leccionum laudes primam, terciam, sextam, nonam, vesperas et completorium pro sanitate et felici successu ac remissione peccatorum nostrorum debent, tenebuntur et sunt obligati celebrando decantare. Postquam vero viam universe carnis fuerimus ingressi, interim pro salute anime nostre et nostrorum predecessorum vigilias novem leccionum singulis quatuor temporibus in eadem capella sub eorum conscienciis et de censura ecclesiastica eciam cum premissis divinis laudibus temporibus perpetuis exequi et decantare sint obligati et astricti. Quam quidem villam Czesky una cum scolteccia inibidem et Manastircze supradicta prelibati fratres conventus moderni ac eorum successores, pro tempore existentes, cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, agriculturis, campis, pratis, planiciebus, pascuis, silvis, nemoribus, mericis, gaiis, borris, mellificiis, sereptis, virgultis, quercetis, lacubus, paludibus, stagnis, fluviis, rivis, rivulis, torrentibus, piscinis, piscaturis, aquis aquarumque decursibus, molendinis ac eorum emolumentis et aliis quibuscunque usibus, quibuscunque nominibus nuncupentur, uti soli tenuimus et possidebamus, tam longe et late, prout in suis limitibus et graniciebus est limitata et distincta, tenebunt, habebunt, utifruentur et possidebunt eviterne, nichil iuris. dominii et proprietatis in eadem villa Czesky necnon curia et orto predictis pro nobis et nostris successoribus legittimis reservantes, collacione tamen ecclesie parochialis ibidem in Czesky nonnisi ad tempora vite nostre excepta: post decessum vero nostrum ab hac luce collacio iuris patronatus et presentandi eiusdem ecclesie in Czesky ad ipsos fratres claustrales et eorum successores, pro tempore existentes, duntaxat pertinebit pleno iure perpetuo et in evum. Si quis autem quispiam nostrorum successorum huiuscemodi pium opus aliqua temeritate infringere presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et detrimentum anime sue se noverit incursurum. Casu vero, quo dicti fratres claustrales moderni et eorum successores, pro tempore existentes, omnia premissa divina officia complere non adverterent nec perficere curaverint, extunc nos aut nostri successores legittimi sepe dicta (*sic*) villa (*sic*) Czesky poterimus et poterint a dicto conventu alienare, recipere, omnibus apellacionibus, controversiis et litibus amputatis, et ad aliam ecclesiam modo et forma simili, ut premittitur, pro honore Dei et divino cultu ampliando, debent et tenebuntur

presentibus eandem villam conferre et donare, et nullatenus sub periculo animarum suarum audeant eandem pro se vendicare. Sed si prelibati fratres et conventus premissa divina officia et eorum successores compleverint et super eo documentis probabilibus et legittimis contra ipsos fratres et conventum probatum non fuerit, extunc ipsi fratres et conventus iuxta nostram presentem donacionem in pacifica possessione eiusdem ville Czesky debent irrevocabiliter et in perpetuum manere; et ut hec nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes literas nostri appensione sigilli fecimus communiri. Actum et datum Leopoli sabbato in vigilia Penthecostes de anno domini millesimo CCCC LVI°, presentibus magnificis et generosis dominis Derslao de Rythwyani Szyradyansi (*sic*), Andrea Odrowasz de Sprowa Russie, Riczkone de Pomorzany Podolie Terrarum Pallatinis, Nicolao Podolecz Castellano Camenecensi, Nicolao Romanowsky Subpincerna Leopoliensi et Sigismundo de Nouoschedlecz Iudice Terre Podolie aliisque fidedignis testibus ad premissa.

Dokument ten znachodzi się w archiwum miasta Lwowa i to w transsumpcie Mikołaja z Karnowa, prowincyała Franciszkanów w Czechach, Polsce, Rusi, Litwie i Wołoszczyznie, który tak opiewa:

In nomine Domini amen. Nos frater Nicolaus de Carnouia ordinis Minorum provinciarum Bohemie et Polonie regnorum necnon terrarum Russie, Littphanie, Walachie etc. minister attendentes devocionem ac desiderium magnifici domini Georgii Strumilo de Dimessino, protunc succamerarii Leopoliensis, quod confirmacionem horarum inclitissime ac illibate virginis Marie, dotacionis ac fundacionis ipsius in conventu Leopoliensi sancte Crucis aput (*sic*) fratres Minores comode a nobis optineret (*sic*) literamque eiusdem dotacionis et fundacionis per fratrem Georgium de Sanok vicarium et custodem custodie Leopoliensis cum ceteris fratribus, dum Leopoli fueramus, cum affectu petentibus pro confirmacione eiusdem nobis oblata est. Cuius quidem litere tenor sequitur in hec verba:

Tutaj następuje powyżej umieszczony przywilej Strumiły. Potem brzmi potwierdzenie:

Qua perspecta, invenimus in ea per prefatum magnificum dominum Georgium Strumilo opus Deo omnipotenti acceptabilissimum operatum esse. Intuicione huius facti laudabilis grate ac benigne desiderio ipsius ac huiusmodi votis Deo placitis aclinari decet nec aliquis a proposito suo laudabili retrahi aut declinare debet nec laus Dei minorari quodque semel Deo dicatum atque Deo datum est ad usus mundanos, absurdum est de cetero commitere et quod peius dampnabile est, nam etsi nos quod grate dari debet Deo omnipotenti laus et honor Marieque matri eius karissime omnibusque sanctis pauperibusque elemosina, quod absit, impedire, alienare ac consensum talium decencium affectuum non attribuere deberemus, iram Dei magnam incurrere videremus et contra ius canonicum

esse videretur. Quia ius iuri patrocinatur unumque alterum elevat, non in . . . [1]) igitur ad huiusmodi facta et desideria salubria flectimur et inclinati sumus eandemque literam dotacionis, donacionis et fundacionis horarum gloriosissime virginis Marie per presentes ratificamus, confirmamus volumusque per fratres sepe dicti conventus presentes et futuros, sub obediencia sancta et penis, in pretacta litera dotacionis et donacionis expressa, illa omnia supra nominata perhenniter et inviolabiliter observari. In cuius ratificacionis et confirmacionis testimonium sigillum officii nostri, quo utimur, necnon sigilla fratris Georgii de Sanok custodis et conventus Leopoliensis presentibus sunt appensa. Actum et datum in Sandecz vicesima octava die mensis Augusti de anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 215. U dołu na okrawku pergaminowym pieczęć woskowa bardzo uszkodzona, drugiej nie było.

CXLVI.

We Lwowie 10. Czerwca 1456 r.

Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, pożyczył od Jana i Piotra, braci rodzonych z Zimnejwody, 110 grzywien.

Nos Stiborius de Wyschnya iudex et Iohannes de Vyssoky subiudex terre Leopoliensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, presencium noticiam habituris: quomodo ad nostram et aliorum dominorum nobilium, nobiscum iudicio terrestri residencium, presenciam veniens personaliter magnificus dominus Andreas Odrowansch de Sprowa, pallatinus et capitaneus terre Russie generalis, recognovit, se recepisse et mutuasse a nobilibus Iohanne et Petro, fratribus germanis de Zymnawoda, centum et decem marcas in paratis pecuniis monete comunis currentis et numeri Polonici consueti, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando, quas eis solvere est obligatus a proximo festo sancti Iohannis Baptiste ad aliud festum sancti Iohannis Baptiste per annum. Si autem non solveret, extunc iam dominus Andreas pallatinus potentem fecit iudicem aut subiudicem terrestres dare per ministerialem intromissionem in totam villam Wroczow [2]) tenere a festo sancti Iohannis Baptiste ad festum sancti Iohannis Baptiste per revolucionem annorum cum omni iure, dominio, proprietate, utilitatibus, reditibus, censibus, silvis, mericis, agris, campis, pratis, piscinis,

[1]) Tutaj jeden wyraz nieczytelny. [2]) Wroców, wieś w powiecie gródeckim.

fluviis, lacubus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis ceterisque proventibus et laboribus, donacionibus ac obvencionibus universis, quocumque nomine seu vocabulo censeantur, nichil penitus in dicta villa Wroczow iuris, proprietatis aut dominii reservando, sed cum totali ac plenario iure; et protegere dominus Andreas pallatinus debet eos ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem. Si autem dominus pallatinus non solveret aut si intromissionem non admitteret, extunc quodcunque dampnum haberent dicti fratres Iohannes et Petrus ad eorum simplicem assercionem, omni iuramento corporali excluso, tale in toto dampnum debet fore ipsius domini Andree pallatini et pro isto fideiusserunt pro ipso domino Andrea pallatino ad mandatum eius et petita generosus Stiborius de Vyschnya iudex terrestris Leopoliensis et nobilis Iohannes heres de Zubrza ambo manu coniuncta et indivisa ipsis Iohanni et Petro fratribus de Zymnawoda, quod dominus Andreas pallatinus debet eis tenere in toto presentem inscripcionem. Si autem contingeret, quod dominus Andreas pallatinus exemeretur de tenuta et capitaneatu Leopoliensi, extunc obligatus est prius non levare pecunias, quousque ipsis Iohanni et Petro solverit prefatas centum et decem marcas et quodquod dampnosi essent prefati Iohannes et Petrus fratres racione prefate non complecionis ipsorum dominorum fideiussorum, tale in toto dampnum debet fore prefatorum fideiussorum. Qui quidem dominus Andreas pallatinus et similiter prefati fideiussores ipsos Iohannem et Petrum fratres nullo iure debent evadere, nec litteris regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione nec ad colloquium generale se excipiendo, nec reclamacione terminorum seu gwerris Thartharorum nec aliqua re eis in facto subsidiaria, sed quum darent se citare dicti domini Andreas pallatinus et Stiborius iudex atque Iohannes Zubrzsky fideiussores, darent se pro isto citare sive ad ius terrestre sive castri Leopoliense (*sic*), extunc in primo termino stare debent cum satisfaccione et totam propriam causam ipsorum perdere debent, ullum terminum reponendo, nec eciam dicti Stiborius iudex et Iohannes Zubrzsky fideiussores debent recipere ad principalem alias na gisczcza et in primo termino prefato ipsi Iohannes et Petrus fratres potentes sunt condempnare alias zdacz in toto lucro eorum ipsos dominos Andream pallatinum et Stiborium ac Iohannem Zubrzsky fideiussores iuxta tenorem presentis inscripcionis. Super quo per ipsos Iohannem et Petrum fratres positum est memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria quinta proxima ante festum sancti Viti anno domini M° CCCC^mo quinquagesimo sexto, presentibus generosis et nobilibus dominis Iohanne Laschcz Subcamerario Camenecensi, Petro Czenyverz de Hermanow, Iohanne Culykowsky, Thomkone de Lopathno, Georgio de Ostroszany, Barthossio de Koszyecze.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 217. U dołu dwie pieczęci woskowe na rzemykach pergaminowych: pierwsza sędziego z herbem Jastrzębiec, druga podsędka z herbem Odrowąż.

CXLVII.

W Hawłowicach 13. Czerwca 1456 r.

Jan z Łopuski sędzia i Zygmunt Ptaczek z Jankowic podsędek ziemscy (przemyscy) poświadczają, że Alexander z Pruchnika, podstoli przemyski, przypowiedział się do opuszczonej wsi Tuliczowa i że sąd mu ją przyznał.

Nos Iohannes de Lopuska [1]) iudex et Sigismundus alias Ptaczek de Iankowicze [2]) subiudex heredes, in causa inferius descripta locati per generosum dominum Alexandrum de Prochnik, subdapiferum Premisliensem, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo generosus dominus Alexander de Prochnik [3]) collocavit ius super bona deserta Thwliczow [4]), hoc est super agrum et super domum ac eciam super seminaturam alias nyaosszenye, de quibus quidem bonis Raphael et Iohannes ac alii fratres fugam dederunt et fugerunt et prefata bona deserta fecerunt. Qui quidem Alexander de Prochnik heres indixit se alias przypowyedzalschye super prefata bona et super predictos profugos, ut parerent coram iudicio et ut eciam parerent termino. Et prefatos Raphaelem et Iohannem ac alios fratres per ministerialem proclamarunt prima vice, et postea secunda vice, et iterum tercia vice, demum finaliter vice quarta iuxta iuris formam, ut pareant termino. Qui quidem profugi non paruerunt, nec termino satis fecerunt, nec per nunccium ipsorum contradixerunt et post proclamacionem iuxta iuris formam prefatus dominus Alexander ipsos condemnavit, alias zdyal, sicut profugos pro predictis bonis desertis, superius descriptis, et nos memoriale ab ipso recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Hawlowicze [5]) die dominico proximo ante sancti Viti anno domini millesimo CCCC quinquagesimo sexto, presentibus circa premissa nobilibus Iohanne de Rosborz [6]) Subpincerna Premisliensi, Michaele de Crzeczowicze alias de Sennow [7]), Mathia de Panthelowicze [8]), Hleb de Borothyn, Andrea de Dwbcowicze [9]) et Szrzinkone de Bobrka et aliis quam pluribus fide dignis.

Pergaminowy oryginał w bibl. Zakł. nar. Im. Ossol. nr. 25. Dwie pieczęci zaginęły wraz z paskami, na których były zawieszone.

---

[1]) Łopuszka mała i wielka w łańcuckim powiecie. [2]) Jankowice wieś w powiecie jarosławskim. [3]) Pruchnik w powiecie jarosławskim. [4]) Miejscowości tej nazwy odszukać nie mogliśmy. [5]) Hawłowice dolne i górne w powiecie jarosławskim. [6]) Rozborz okrągły i długi w powiecie jarosławskim. [7]) Krzeczowice wieś w powiecie łańcuckim; w tymże powiecie także Siennów o 3/4 mili od Przeworska. [8]) Pantalowice dolne i górne w powiecie łańcuckim o 1 1/4 mili od Przeworska. [9]) Boratyn i Dobkowice wsie w powiecie jarosławskim.

CXLVIII.

W Piotrkowie 17. Września 1456 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje, aby mieszczanom lwowskim stosownie do dawnych ich przywilei wolno było wszędzie w królestwie polskiem jeździć z towarami bez wszelkich przeszkód i turbacyi.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis palatinis, castellanis, burgrabiis, procuratoribus, viceprocuratoribus, tenutariis, magistris civium, consulibus, theloneatoribus necnon eorum exactoribus seu vicesgerentibus ac communitatibus eorumdem castrorum, civitatum, opidorum et villarum, per et infra regnum nostrum et dominia quevis nostra ubilibet constitutis, sincere et fidelibus nostris dilectis, graciam regiam et favorem. Magnifici, generosi, strenui, nobiles, famosi et providi, sincere et fideles nostri dilecti. Ad nostre magestatis in hac convencione generali impresenciarum in Pyotrkow celebrata famosi et circumspecti civitatis Leopoliensis consules, ex parte tocius communitatis, venientes presenciam, deduxerunt gravi in querela: quomodo quamvis consuetudo et libertas ipsis per vias antiquas solitas et consuetas, per et infra regnum et dominia nostra cum mercibus ipsorum cuiuslibet maneriei et ponderis proficiscendi et gradiendi per dive memorie Polonie Reges, predecessores nostros carissimos, concessa fuerit, indita et imposita, ea tamen non obstante nonnulli prelati, milites, barones, terrigene et regnicole nostri ipsos, signanter autem in Moldaniam euntes viis huiusmodi solitis ac consuetis, ac proficiscendi impediunt, vexant, retrahunt et turbant, eosdem per dominia, bona, civitates, opida, hereditates et villas ipsorum ire et transire astringentes, compellentes, revocantes et inducentes, consuetudinem sibi in subsidium ascribere, assumere et in relevamen suum ac prescripcionem facere et statuere volentes, quod nobis cedit in displicenciam non modicam, quod subditi nostri sic se audent et presumunt de talibus negociis impedire et ingerere; sed cum nos unumquemque circa iura ipsorum et consuetudines antiquas et privilegiatas conservare consuevimus, eosdem cives Leopolienses pari modo iuxta morem antiquum et consuetudinem duximus conservandos et conservamus per presentes. Quocirca vobis seriosius precipimus et mandamus, habere volentes, quatinus ipsos incolas Leopolienses cum mercibus ipsorum per regnum Polonie et dominia nostra viis solitis, antiquis et consuetis, ire, transire et proficisci admittatis et permittatis, quovis impedimento cessante et arresto; ac ubi per aliquempyam subditum aut terrigenam nostrum illicite et indebite impedirentur, ipsos et quemlibet ipsorum

ab omni talium impeticione et molestia tueamini, protegatis et defendatis, et aliud pro gracia nostra facere non ausuri. Datum in Pyotrkow in convencione generali feria sexta quatuor temporum Sancte Crucis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, sigillo nostro presentibus subappenso in fidem et testimonium premissorum.

Relacio reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis, regni Polonie Cancellarii.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 219. U dołu na okrawku pergaminowym większa pieczęć królewska, taka jak w Statucie Działyńskiego Tabl. 7. nr. 1.

CXLIX.

W Piotrkowie 22. Września 1456 r.

Kazimierz Jagiellończyk oddaje wieś Wierzblany, w powiecie gródeckim położoną, Piotrowi z Szamotuł, kasztelanowi poznańskiemu, w zastaw za 200 grzywien monety polskiej.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie, Prussie dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quod cum, auspice Deo, terras nostras Prussie, manu violenta et illicita occupacione a regno nostro Polonie abrogatas, eidem regno nostro reunivimus et reincorporavimus, atque castrorum civitatumque in dictis nostris terris Prussie existentes (*sic*) tuicioni et provisioni intendentes, ac ad refrenendam aliquorum incolarum earundem terrarum nostrarum rebellionem certos stypendarios et servitores suscepimus, susceptosque gwerris durantibus in servicio nostro tenuimus, ac successu temporis ab eisdem stypendariis et servitoribus pro serviciis demeritis moniti, variisque modis instancius requisiti fuissemus, quibus de solucione ac castrorum seu civitatum nostrarum, in dictis terris Prussie consistencium, conservacione matura deliberacione providere cupientes, apud magnificum Petrum de Schamothuly, castellanum Poznaniensem, sincere nobis dilectum, ducentas marcas monete et numeri Polonicalium consueti, quadraginta videlicet et octo grossos in quamlibet marcam computando, in mutuum recepimus et cum effectu levavimus; quemquidem magnificum Petrum de prefatis ducentis marcis assecurare volentes, ac pro suis serviciis et meritis, quibus nobis in conquisicione dictarum terrarum Prussie fideliter constanterque meruit et complacuit, reddere contentum efficereque consolatum, sibi prefatas ducentas marcas veri, certi, mutui, legittimi debiti

in et super villa nostra Wyrblany [1]) cum rivulo dicto Trczemyecz, in terris Russie et districtu Grodensi sita, cum hys metis et graniciebus, sicut ab antiquo est distincta est *(sic)* limitata cum omnibus dicte ville et rivuli utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus et agris cultis et incultis, curiis, areis, domibus, ortis, horeis, prediis, allodiis, pratis, pascuis, campis, graminibus, graminetis, silvis, borris, gaiis, nemoribus, indaginibus, sarcptis, mericis, quercetis, pinetis, rubetis, mellificiis et eorum appendiis, venacionibus, aucupacionibus, montibus, vallibus, collibus, arvis et antris, fluviis, fluminibus, lacubus, stagnis, paludibus, aquis, piscinis, piscaturis, rivis, rivulis, torrentibus, gurgitibus aquarumque decursibus, molendinis, aquaticis et ventilibus, factis sive fiendis, et eorum emolimentis, laboribus, honoribus, dacionibus, angariis, foralibus, stacionibus, donacionibus, theoloneis et iure patronatus ecclesiarum, erectarum sive erigendarum, ceterisque usibus, pertinenciis, adiacenciis obvencionibusque universis, quomodolibet ad prefatam villam Wyrblany et rivulum Trezenyecz ab antiquo vel de novo spectantibus aut spectare debentibus, quibuscunque dictantur nominibus et vocabulis, specialibus sive generalibus, et generaliter cum omni iure, dominio et proprietate, nichil pro nobis et nostris successoribus in eisdem penitus reservando vel quomodolibet excipiendo: ita late, longe et circumferencialiter, prout in suis metis, limitibus et graniciebus est distincta, divisa et limitata, dedimus, donavimus, inscripsimus, contulimus, largiti sumus, deputavimus, assignavimus et demonstravimus, damusque, donamus, conferimus, inscribimus, largimur, deputamus, assignamus et demonstramus per presentes, per ipsum magnificum Petrum de Schamotuly et ipsius legittimos successores tenendum, habendum, utifruendum liberequc pacifice et quiete possidendum et in usus beneplacitos, prout sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expedire, committendum, tamdiu donec prefate ducente marce unacum aliis summis in dicta villa Wyrblany et rivulo inscriptis, prout in aliis nostris litteris, desuper confectis, latius continetur, per nos aut successores nostros fuerint exolute plenarie et in toto. Quibus sic exolutis dictorum ville et rivuli possessio ad nos et successores nostros revertetur pleno iure. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in convencione generali Pyotrkoviensi feria quarta in crastino sancti Mathei apostoli et evangeliste anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Relacio reverendissimi patris domini Iohannis Sancte Ecclesie Gnesnensis Archiepiscopi et Primatis ac Regni Polonie Cancellarii [2]).

Dokument oryginalny na pergaminie w Zakładzie nar. Imienia Ossolińskich nr. 560. Na pergaminowym pasku zawieszona mniejsza pieczęć królewska. Na zewnętrznej stronie dokumentu znajduje się napis: *Oblatae et revisae in Conventu Regni Varssoviensi 3. Marcii 1564.*

[1]) Wierzblany, wieś dziś w powiecie Kamionki Strumiłowej. [2]) Kanclerzem niebył wtenczas Jan, arcybiskup gnieźnieński, lecz Jan, biskup kujawski.

CL.

W Przemyślu 7. Października 1456 r.

Ławnicy miasta Przemyśla oznajmiają, że Anna, żona Dobiesława z Żyrawicy, mianowała tegoż męża swego pełnomocnikiem swym do odebrania przypadającego na nią spadku po ojcu Janie Schroppie, mieszczaninie lwowskim.

Nos scabini civitatis Premisliensis significamus per presentes, quomodo in baniti iudicii nostri civitalis (*sic*) Andreas Tochta, advocatus noster, presidebat, constituta presencia generosa domina Anna, consors generosi domini Dobeslai de Zyrawicza [1]) legittima, non compulsa, non coacta, nec aliquo errore devio circumventa, quin ymo sano et deliberato animo, per electum suum tutorem in hac parte, Stanislaum Brunowszky alias Capustka, qui verbum eius loquebatur, constituit et ordinavit in suum verum et legittimum procuratorem, tutorem, actorem, protectorem negociorum suorum, gestorum et nuncium specialem generosum dominum Dobeslaum de Zyrawicza, maritum suum legittimum, ad exigendum, repetendum omnia bona sua patrimonialia, per mortem Iohannis Schropp, civis Leopoliensis, ad ipsam, tamquam filiam suam, iure hereditario devoluta, videlicet mobilia, immobilia et pecuniaria, quocumque vocabulo censeri poteriut, et alia quomodolibet ipsam Annam concernencia, in iurisdiccione civitatis Leopoliensis consistencia, dans eidem tutori suo plenam facultatem agendi, defendendi et generaliter omnia et singula faciendi, que ipsa constituens faceret seu facere posset, dummodo personaliter esset, cum potestate alium vel alios procuratorem vel procuratores substituendi, tociens quociens videbitur expedire, ratum, gratum atque firmum habitura quitquid per ipsum constitutum substituendosve per illum actum, factum seu quomodolibet ordinatum fuerit in premissis. Acta sunt hec Premislie feria quinta proxima post festum sancti Francisci confessoris anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, sigillo nostro scabinali subappenso.

Oryginał na pergaminie znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 220. Na rzemyku pergaminowym wisi pieczęć woskowa z tarczą, przedstawiającą niedźwiedzia idącego wedle krzyża. Napis nieczytelny.

---

[1]) Porównaj tom II. str. 139, 186 i 205.

CLI.

We Lwowie 21. Listopada 1456 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, poświadcza, że od rajców miasta Lwowa wziął 100 grzywien przez nich na podatki złożonych i zastawia im w tej summie wieś Laszki.

Andreas Odrowansch de Sprowa, pallatinus et capitaneus terrarum Russie generalis, significamus per presentes: quomodo vigore prefectoriatus alias Obermanstwa super exaccionibus, civitatibus et opidis in terris Russie ex convencione, nuper in Nowa Civitate Corczin pro festo sancte Heduigis tenta, impositis, per certos collectores cumulandis et reverendissimo in Christo patri et domino domino Gregorio, metropolitano Leopoliensi archiepiscopo, nobisque et generoso Iohanni de Senno etc. predictis exaccionalibus pecuniis de manibus dictorum collectorum effectualiter percipiendis, ex eadem convencione Noue Civitatis nobis commissi, cum predicti domini archiepiscopi certa sciencia percepimus et levavimus in effectum a famosis consulibus civitatis Leopoliensis centum marcas Polonicales comunis et minute pecunie in terris currentis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, de pecuniis exaccionalibus per eos collatis. In quibus quidem pecuniis obligamus et inscribimus eis villam nostram Leschky [1], in districtu Leopoliensi sitam, cum omni iure, dominio, proprietate, utilitatibus, redditibus, censibus, silvis, borris, mericis, gaiis, agris, campis, pratis, curiis, kmethonibus, laboribus, penis, piscinis et earum emissionibus, fluviis, lacubus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis ceterisque proventibus et obvencionibus universis, quocumque nomine et vocabulo censeantur, nil pro nobis aut nostris successoribus in dicta villa Leschky iuris, proprietatis aut dominii reservando; sub tali tamen modo et condicione, quod nos predictos consules Leopolienses apud regiam magestatem et apud prenominatos dicte percipiende pecunie prefectos alias obermany et eciam apud earundem exaccionalium pecuniarum in nostris terris Russie collectores et ab aliis quibusvis personis, huic facto intervenientibus, racione dictarum centum marcarum intercedere debemus et sub bona fide reddere indampnes, ita ut ipsi consules pro dictis per nos perceptis centum marcis a nulla persona debent moveri neque impediri quovismodo. Quod si aliter fecerimus, quam nos superius submisimus, extunc iam presentibus ipsis consulibus Leopoliensibus addidimus super se

[1]) Laszki, tej nazwy znamy kilka wsi w Galicyi. Dokument ten odnosi się pewno do Laszek w powiecie lwowskim o 1 milę od Lwowa.

ministerialem et fecimus potentem iudicem et subiudicem terrestres Leopolienses seu iudicem castri Leopoliensis dare intromissionem in dictam villam Leschky, dum modo premissa non expleverimus. Cui intromissioni fiende sub fide bona spondemus non resistere manifeste aut oculte, sed dictam villam ipsi consules Leopolienses cum omni iure, dominio et proprietate, superius expressatis, tenebunt, habebunt, possidebunt, utifruentur, commutabunt et in eorum debito vendant ac alias in usus suos beneplacitos convertant, prout ipsis utilius videbitur expedire. Nichilominus tamen nos et nostros successores presentibus obligamus, quod ipsos consules modernos aut qui pro tempore fuerint protegere et tueri debemus in dictorum bonorum intromissione et possessione ab omni persona sexus utriusque et a bello et aliis omnibus impedimentis intercedere nec per nos aut officiales nostros aut quasvis alias summissas personas iniurias facere debemus. In quantum autem predictam intromissionem in prefata bona Leschky non admitteremus predictis consulibus aut a bello et quavis impediente persona non intercederemus, extunc quodcumque dampnum ipsi consules haberent ad simplicem eorum assercionem, omni iuramento corporali excluso, tale in toto dampnum debet fore nostrum et successorum nostrorum et dumcunque nos pro premissorum aliquo daremus citare sive ad ius terrestre sive castri Leopoliensis, extunc debebimus comparare (*sic*) ad primum terminum et in eodem totam propriam causam perdere, nullum terminum reponendo, et iam ipsi consules Leopolienses seu pro tempore existentes potentes erunt nos et successores nostros condempnare alias zdacz in primo termino in totali eorum lucro. Pollicemur insuper nullo eos consules velle evadere iure nec litteris regalibus, bello, expedicione, prescripcione, legacione, nos ad colloquium generale se excipiendo, nec vera infirmitate neque pro maiori neque reclamacione terminorum seu gwerris quibusvis neque novis sive veteribus constitucionibus, nec aliqua re nobis in facto subsidiaria nec vadiis, nisi paratis pecuniis solucionem faciemus, quocumque autem modo ipsos consules evadere pretenderemus, eo totam propriam causam perdere debemus. Huius rei in testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum Leopoli in pretorio die dominico Elizabeth Electe [1]) anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, presentibus reverendissimo in Christo patre Gregorio divina providencia sancte Metropolitane Ecclesie Leopoliensis Archiepiscopo necnon generosis dominis Iohanne de Wyssoky et Stanislao Stachira Vicecapitaneo Leopoliensi.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 221. U dołu na okrawku pergaminowym pieczęć woskowa Andrzeja Odrowąża ze Sprowy z odciskiem herbu Odrowąż.

---

[1]) Św. Elżbiety przypada na 14. Listopada, który był w r. 1456 Piątkiem; *die dominico Elisabeth Electe* biorę za niedzielę po dniu św. Elżbiety, a więc za 21. Listopada.

CLII.

We Lwowie 22. Czerwca 1457 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Piotr Gołąbek z Zimnejwody podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że za urzędowania Ścibora z Wiszni sędziego i Jana z Wysokiego podsędka ziemskich lwowskich zapisał w dniu i roku wyżej podanym Jan Chodorowski z Brzozdowic trzy wsie Bolszow (Bolszowce), Mohylyszcze (Nahoryńce) i Łuczany na szpitał lwowski.

Nos Gunterus de Syenyawa iudex necnon Petrus Golambek de Zimnawoda subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quomodo olim generosorum Stiborii de Wysnia iudicis et Iohannis de Wysokye subiudicis terrestrium Leopoliensium, adhuc in humanis degencium et existencium, extunc ad illorum dominorum, protunc in iudicio terrestri Leopoliensi die, anno et testibus infrascriptis residencium, presenciam veniens personaliter generosus dominus Iohannes Chodorowski de Brzosdowce [1]) heres, non compulsus, non coactus, nec aliquo errore devio seductus menteque corpore existens sanus ac amicorum suorum maturo fretus consilio, libere coram iudicio recognovit: quia ob divino retribucionis intuitu pro sustentacione nutrimentorum, victualium ac alimentorum ceterisque defectibus quibusvis supplendis hominum pauperum, utpote infirmorum, claudorum, cecorum aliarumque personarum quarumcunque miserabilium in infirmaria domo hospitalis Leopoliensis egrotancium et degencium in eadem, ut premittitur, in defectibus necnon ad reformacionem et recuperacionem eiusdem infirmarie domus necessitate ad id exigente tres villas sui veri patrimonii hereditarias videlicet Bolszow, Mohylyszcze et Luczany [2]), in districtu Zydaczouiensi super fluvio Bobrka sitas, cum omni iure, dominio et proprietate, utilitatibus, redditibus, censibus, sylvis, borris, mericis, gaiis, agris, campis, pratis, curiis, cmetonibus, laboribus, iudiciis, penis, piscinis et earum demissionibus, fluviis, lacubus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolumentis, obmortuariis alias z odumiarczyznami ceterisque obvencionibus generaliter universis, quo-

---

[1]) Brzozdowce, miasteczko w powiecie bobreckim.

[2]) Łuczany, wieś w powiecie bobreckim; dwóch drugich wsi nie było można pod nazwami ich odszukać, jest tylko miasteczko Bolszowce w powiecie rohatyńskim, które według *Raspa*, *Beschreibung der Stiftungen des Bürgerspitals St. Lazar* (Wiedeń 1870) str. 7 i 8 jest właśnie ową tu wymienioną wsią *Bolszow*; wieś *Mohylyszcze* zwie się według *Raspa l. c.* str. 8 dzisiaj Nahoryńce, leży ona w powiecie bobreckim.

cunque nomine et vocabulo vocitentur, necnon cum appendiis et coherenciis, quomodolibet ad dictas villas spectantibus, que nunc sunt et in posterum poterunt adaugeri, legavit, donavit, dedit, contulit predicte infirmarie hospitalis et pauperibus, nunc et pro tempore in ea contentis, incorporavit, dansque donans et largiens, conferens et incorporans easdem villas titulo rite ac racionabiliter iusto donacionis, incorporacionis predicte domus hospitalis Leopoliensis perpetue et in evum ac irrevocabiliter resignavit, constituens et legitime ordinans veros debitos ac legitimos predictarum villarum possessores, tutores, gubernatores et dispensatores idoneos ac famosos viros dominos consules Leopolienses modernos et pro tempore existentes, quibus dictas villas in possessionem perpetuam iuridice coram eodem iudicio commendavit et resignavit per ipsos consules modernos et in posterum fiendos, tempore huius seculi ipsas villas tenendas, habendas et perpetue possidendas et nullibi, quam in usus tales, ut prefertur, miserabilium personarum penitus convertendas, nichil iuris, dominii et proprietatis pro ipso domino Iohanne Chodorowski aut heredibus propinquioribus aut affinibus suis quocunque modo reservando. Dicti vero domini consules nomine consulatus ad predicta exquirenda se taliter contulerunt et submiserunt dictas villas cum earundem utilitatibus ac pertinenciis disponere ac omnimode, sicut expedit, pro se fructus quoque quoslibet ac proventus procurare et de predictis fructibus ac proventibus sepedicte infirmarie personis, ut est debilibus, secundum valorem dictarum villarum ceterosque defectus iuxta posse supplendo, quanto commodosius poterint, necessaria ministrare. Compromisit eciam prefatus dominus Iohannes, suosque successores, heredes et propinquiores adobligando, pro dictis villis in propriis impensis et expensis servire ad quamlibet bellorum expedicionem et dictos consules in possessione [1]) dictarum villarum tueri et defendere ab omni persona sexus utriusque cuiuscunque status et condicionis existant. Insuper dictus dominus Iohannes derogavit presentibusque derogat omnibus et singulis prefati hospitalis rectoribus ac eorum vicesgerentibus et quibusvis aliis personis, tam spiritualibus quam secularibus, cuiuscunque status et dignitatis fuerint, et signanter domino preposito aut capellano suo ad ecclesiam dicti hospitalis annuatim servienti et pertinentibus regentibusque eandem ecclesiam, nollens eos aut quemcunque eorum ad aliquam dictarum villarum administracionem, regimen, utilitatem, participacionem seu quamvis aliam iurisdiccionem admittere; hoc tamen expresso, quod dicti consules de predio dictarum villarum rectori ecclesie in Brzozdowce decimam manipularem iuxta morem annis singulis conferre tenebuntur; eo tamen specialiter incluso, quod dicti pauperes, in predicto infirmario degentes, pro salute dicti domini Iohannis necnon parentum ac heredum et successorum suorum quinque Pater Noster et septem Ave Maria singulis diebus exorare

[1]) W kopii Wagilewicza *in possessionem.*

temporibus eviternis tenebuntur; hoc eciam adiuncto, quod, si et in quantum aliquis, literis aliquibus obligatoriis, hereditariis seu propinquitatis supra dictas villas confectis aut testibus seu quovis alio modo impedire niteretur, extunc ipse dominus Iohannes obligatus est et successores sui tenebuntur in iudicio aut extra iudicium dictos consules intercedere et dictas villas libertare, prefatos consules et pauperes prefati hospitalis in eisdem villis indemnes conservando, vel, in quantum eos liberare non poterit, alias villas tam bonas pro predictis hospitalis Leopoliensis pauperibus dare, conferre et perpetuis temporibus consignare, presencium sub vigore ipse dominus Iohannes est submissus. Super que omnia prefati domini consules memoriale posuerunt, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria quarta post festum Corporis Christi proxima anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, presentibus ibidem magnificis, generosis et nobilibus dominis Iohanne de Knihinicze Castellano [1] Haliciensi, Nicolao de Romanow [2]) Subpincerna, Andrea de Carpnicze Vicecapitaneo Leopoliensibus, Andrea de Bronow, Iohanne Advocato in Sokolniki, Ragnolth de Gluchowicze, Iohanne de Zubrza et aliis quam pluribus circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał dokumentu tego znajdował się kiedyś w archiwum miasta Lwowa, dziś go nie było można odszukać. Wydrukowano go więc według kopii Wagilewicza, poprawiwszy widoczne myłki, z których ważniejsze powyżej wymieniono.

CLIII.

We Lwowie 1. Sierpnia 1457 r.

Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan i Mikołaj, rodzeni bracia z Zubrzy, podzielili pomiędzy siebie wsie Zubrzę, Sichów i Oświcę.

Nos Stiborius de Wyschnya iudex et Iohannes de Wissoke subiudex terre Leopoliensis generales significamus tenore presencium omnibus, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quibus expedit, generaliter universis: quomodo ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum tunc existencium, presenciam venientes personaliter nobiles Iohannes et Nicolaus, fratres germani, heredes de Zubrza, non compulsi, non coacti

[1]) Zamiast *Castellano* stoi w kopii Wagilewicza *Castrensi*. [2]) Zam. *Romanow* w kopii *Colo*. Zob. tom II. str. 146, 161 i inne, z których wynika, że Romanowski piastował wtedy to stanowisko.

neque aliquo errore devio seducti, sed sani mente pariter et corpore existentes, de bona voluntate ipsorum et consensu, recognoverunt, quia talem et in hunc modum fecerunt inter se perpetualem et irrevocabilem divisionem pro bonis dictis Zubrza, Szichow et Oschwicza [1]); primo et principaliter nobilis Iohannes, frater senior, recognovit, quia nobili Nicolao, fratri ipsius minori, perpetua et irrevocabili divisione pro sua sorte cessit media (*sic*) pars (*sic*) ville Zubrza, illa, in qua est Oschwicza et curia et piscina, que est subtus curiam, et alia piscina mediocri a lan szrodnimi, ex opposito ecclesie, in qua piscina sub curia idem Nicolaus poterit sibi facere et edificare molendinum. Quam partem ville Zubrza et Oschwicza cum curia et piscinis et molendino, quod construxerit, tenebit, habebit et possidebit ita longe et late, prout in suis circumferenciis habetur, cum agris, pratis, silvis, mericis, campis, censibus, proventibus et universis pertinenciis, prout pertinere dinoscitur ad hanc partem, et predictus Nicolaus potens erit ad silvam equitare ad excidenda ligna et robora pro curia et edificacione, sed kmethones libere ibi non debent inequitare. Collacio autem et ius patronatus ecclesie ibidem in Zubrza ad utrosque pleno iure pertinebit. Quam divisionem perpetualem et irrevocabilem predicti nobiles Iohannes et Nicolaus obligati sunt presentibus tenere rate, grate atque firme et inviolabiliter observare perpetue et in evum; super quo per ipsum Nicolaum positum est memoriale et nos ipsum recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa testimonio literarum. Actum et datum Leopoli feria secunda ipso die sancti Petri ad Vincula anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Nicolao Romanowski Subpincerna [2]), Iohanne Iura de Dambrowka Vicecapitaneo Leopoliensibus, Iohanne Hermanowski Tribuno Threbowlensi, Nicolao Hermanowski, Schimkone de Bobrka, Petro de Zimnawoda et Iohanne Dauidowski et aliis quam pluribus fide dignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 226. U dołu wiszą na okrawkach pergaminowych dwie woskowe pieczęci z herbami Jastrzębcem sędziego i Odrowążem podsędka.

[1]) Zubrza i Sichów wsie w powiecie lwowskim. Co do Oświcy, zobacz tom IV. nr. XXIV, str. 76. Jan z Zubrzy nabył wieś tę w r. 1411 od Piotra Włodkowicza z Charbinowic. Dziś nie ma jej, jest tylko pod Zubrzą las tej nazwy. [2]) I z tego więc dokumentu wynika, że w tym czasie był Mikołaj Romanowski podczaszym lwowskim. Zobacz notę o tem dodaną do dokumentu poprzedniego nr. CLII.

CLIV.

W Piotrkowie 5. Grudnia 1457 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala, żeby prałatów, dygnitarzy i szlachtę z ziem ruskich i Podola nie cytowano po za obwody ziem Lwowskiej, Przemyskiej, Chełmskiej, Halickiej, Sanockiej. Śniatyńskiej i Podolskiej.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo in nostra, prelatorum et baronum nostrorum constitutus presencia generosus Nicolaus Gologorszky, subdapifer Leopoliensis, nobis sincere dilectus, nomine omnium prelatorum, dignitariorum et terrigenarum Russie videlicet Leopoliensis, Premisliensis, Chelmensis, Haliciensis, Sanoczensis, Snatynensis et Podolie terrarum, gravi cum querela exponebat: quomodo predicti prelati, dignitarii et terrigene predictarum terrarum crebris vicibus extra dictas terras per diversas personas ad convenciones generales citantur et evocantur pro bonis hereditariis ac aliis iniuriis eorundem, propter quas evocaciones et citaciones longinquas, magnas impensas et gravamina paciuntur et neque infidelibus Tartaris emulis nostris resistere possunt, petivitque, ut easdem evocaciones et citaciones ad convenciones generales duntaxat ad nostrum felicem adventum in dictas terras Russie et Podolie propter dictas causas suspendere dignaremur, ut omnes dicti prelati, dignitarii et terrigene in dictis terris omnibus de se querulantibus in dictis terris Russie et Podolie et earum districtibus iustificarentur, unde de consilio prelatorum et baronum nostrorum, visis oppressionibus et gravaminibus dictorum prelatorum, dignitariorum et terrigenarum Russie et Podolie terrarum, eosdem a dictis evocationibus et citacionibus extra dictas terras ad convenciones generales pro bonis aut iniuriis eorum duntaxat ad nostrum felicem adventum in easdem terras Russie et Podolie liberavimus, eximimus et tenore presencium liberamus et eximimus, inhibentes, ut de cetero nullus taliter, uti premisimus, extra dictas terras videlicet Leopoliensem, Premisliensem, Chelmensem, Haliciensem, Sanoczensem et Snatinensem ac Podolie districtusque earum audeat ad convenciones generales sive particulares aliquem ex dictis prelatis, dignitariis et terrigenis duntaxat ad nostrum felicem adventum ad dictas terras citare et evocare, sed quilibet in terris et districtibus earundem terrarum iustificari cuilibet de se querulanti sit astrictus. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum in convencione Pyothrko-

uiensi generali feria secunda in crastino sancte Barbare anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Relacio reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis, Regni Polonie Cancellarii.

Dokument ten znajduje się w archiwum miasta Lwowa nr. 227 i to w transumpcie wystawionym na dniu 5. Stycznia 1509 w Krośnie za uchwałą kapituły przemyskiej i na jej rozkaz przez notaryusza Jana Mikołajowego ze Skalmierza, kleryka dyecezyi krakowskiej.

CLV.

W Sandomierzu 26. Maja 1461 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza kilka przywilei Ormian lwowskich.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnia, que in tempore fiunt, simul cum tempore evanescunt, nisi amminiculo literarum et fide dignorum testium annotacione sufficienti fuerint perhennata, proinde nos Kazimirus Dei gracia Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Pomeranie etc. Rex, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo in nostre maiestatis et nostrorum consiliariorum, tunc lateri nostro assidencium, personaliter constituti fideles nostri dilecti Armeni, literas serenissimorum principum dominorum Wladislai videlicet genitoris et Wladislai germani, Regum Polonie etc. antecessorum carissimorum, sanas, salvas, integras, illesas et omni prorsus vicio et suspicione carentes, obtulerunt nobis humiliter supplicantes, quatinus prefatas literas innovare, ratificare, approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor sequitur in hec verba et est talis:

Tutaj następuje najprzód dokument Władysława Jagielly z 19. Października 1387 r., zawierający znów w sobie dokument króla Ludwika i drugi królowej Elżbiety, a oddrukowany w zbiorze tym tom III nr. XLV, XXXI i XXIX. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Sequitur alterius litere tenor in hec verba:

Tutaj następuje dokument Władysława Warneńczyka z 2. Marca 1440 r., zawierający znów w sobie dokument Władysława Jagiełły z 17. Lutego 1434 r., a oddrukowany powyżej nr. LXXIX i LVII. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Tercie vero litere tenor talis est:

Tutaj następuje dokument Władysława Warneńczyka z 29. Lutego 1440 r., powyżej nr. LXXVIII. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos itaque prefatorum Armenorum peticionibus tanquam iustis, consonis et condignis annuentes, eisdem literis visis, lectis, auscultatis, cognitis et intellectis, ipsas de consilio consiliariorum nostrorum, tanquam sanas, salvas, iustas et sufficientes, in omnibus ipsarum clausulis, punctis, articulis et condicionibus approbandum, ratificandum, confirmandum esse duximus, prout approbamus, ratificamus et confirmamus, decernentes eas perpetue firmitatis robur, vim et efficaciam obtinere, tenore presencium mediante. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum et datum Sandomirie feria tercia festi Penthecostes anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, presentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Iohanne Episcopo Wladislauiensi et Regni Polonie Cancellario necnon magnificis et generosis Derslao de Rythwyani Sandomiriensi, Andrea Odrawansch de Sprowa Leopoliensi Palatinis, Hincza de Rogow Sandomiriensi, Petro de Curow Lublinensi, Dobeslao Kmytha de Wysznycza Voynyczensi Castellanis, Iacobo de Dambno Regni Polonie Vicethesaurario et Iohanne de Rythwyany Capitaneo Sandomiriensi aliisque pluribus consiliariis et familiaribus nostris, testibus ad premissa. Datum per manus eiusdem reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis, Cancellarii et venerabilis Iohannis Luthkonis de Brzesze Decretorum Doctoris, Archidiaconi Gneznensis, Vicecancellarii Regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis et Regni Polonie Cancellarii.

Według współczesnej kopii w kopiaryuszu arch. miasta Lwowa, III. A, 223 p. 57. 58. 61 i 62.

CLVI.

W Krakowie 12. Stycznia 1462 r.

Kazimierz Jagiellończyk daje Jakóbowi i Mikołajowi Koniecpolskim za usługi tychże w wojnie pruskiej wyświadczone dobra królewskie na Rusi jako to: miasto Teratyn i wsie Rakołupy, Uszyny, Lemieszów, Drohiczany, Ostrów i Lelaków.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius et melius memoria habeatur, oportunum existit, ut actus hominum

literarum apicibus et testimonio fidedignorum perhennentur, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Dobrinie Pomeranieque, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris: quomodo in animo revolventes multimoda altaque meritorum obsequia et merita ac pure fidei constanciam generosorum Iacobi de Conyeczpole, capitanei Premisliensis, et Nicolai de ibidem, heredum, fratrum uterinorum, servitorum nostrorum, fidelium dilectorum, quibus maiestati nostre et toti reipublice huius incliti regni serviendo placuerint, et signanter, circa prosecucionem negociorum nostrorum in terris Prussie, nos pecuniis, argento, sumptibus et aliis necessariis supportando, horum et aliorum multiplicium obsequiorum eciam per magnificum Predborium, castellanum Sandomiriensem, iam vita functum, patrem eorundem Iacobi et Nicolai et per ipsos nostre maiestati fideliter prestitorum, ob intuitum, volentes ipsos nostrarum graciarum prosequi favoribus et ad obsequia nostra continuo reddere prompciores, ipsis de munificencia largitatis maiestatis nostre suisque heredibus et legittimis successoribus, cum voluntate et consilio prelatorum, baronum et consiliariorum nostrorum omnium, ad latus nostrum existencium, sana prehabita deliberatione, bona nostra regalia in terra Russie et districtu Chelmensi sita, opidum Theratin cum villis Myednyky, Rakolupi, Hwszyne, Lemyeszow, Drohiczani, Ostrow, Lelakow [1]), cum omnibus dicti opidi et villarum curiis, prediis, allodiis, molendinis, tabernis, theloneis, uti ibidem ex antiquo solita sunt exigi, nec non cum omnibus campis extirpatis et extirpandis, agris locatis et locandis, pratis, arvis, silvis, borris, nemoribus, indaginibus, planiciebus, sarceptis, rubetis, virgultis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, fluviis, fluminibus, ripis, piscinis, piscariis, lacubus, stagnis, paludibus et generaliter cum omnibus coherenciis alias Zvroczysky et connexis, que modo sint, aut in posterum per humanam industriam excogitari possint, aliisque omnibus condependenciis, quibuscunque nominibus nuncupentur, prout prenominata bona, Theratin opidum cum villis, in suis metis, graniciebus, gadibus longe, late et circumferencialiter distincta sunt et limitata, veluti bona eadem pater ipsorum olim Predborius, castellanus Sandomiriensis, tenuit et ipsi tenent ad hactenus, in pecuniis obligata dedimus, donavimus, contulimus, largiti sumus et assignavimus, presentibusque damus, donamus, conferimus et assignamus, dono irrevocabili per-

[1]) Teratyń, miasteczko w woj. lubelskiem, w obwodzie i powiecie hrubieszowskim. — Miedniki w woj. lubelskiem, w obw. i pow. hrubieszowskim. — Rakołupy w woj. lubelskiem, obw. krasnystawskim, pow. chełmskim. — Hussynne, dwie miejcowości, jedna w woj. lubelskiem, obwodzie krasnystawskim, powiecie chełmskim, druga w woj. lubelskiem, powiecie i obwodzie hrubieszowskim. — Drohiczany, dwie miejscowości w woj. lubelskiem, pow. i obwodzie hrubieszowskim. — Ostrów w woj. lubelskiem, obwodzie krasnystawskim, powiecie chełmskim. — Lemieszowa i Lelakowa nie było można odszukać.

petuo et in evum, per ipsos Iacobum et Nicolaum, heredes de Conyeczpole, suosque heredes et successores legittimos pacifice et quiete, perpetuo et eviterne tenendum, possidendum, utifruendum, vendendum, commutandum, alienandum, donandum, dandum ad ususque suos et suorum successorum convertendum, prout eis melius videbitur expedire, cum omnibus dictorum bonorum censibus, exaccionibus, stacionibus, contribucionibus, obvencionibus, dacionibus, donacionibus, serviciis, vecturis, conducturis, utilitatibus fructibusque et proventibus generaliter universis, nichil ibidem penitus iuris, proprietatis et dominii nobis et nostris successoribus reservantes. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum Cracouie feria tercia infra octavas Epifaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus reverendis in Christo patribus, dominis Iohanne Vladislauiensi, Andrea Poznaniensi Episcopis nec non magnificis et generosis Iohanne de Thanczin Castellano Cracouiensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Iohanne de Pylcza Cracouiensi, Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Derslao de Rhythwany Sandomiriensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Coszczelecz Bresthensi et Iohanne de Coszczelecz Iuniwladyslauiensi Palatinis, Petro de Gay Calissiensi, Iohanne Zaramba de Calinowa Siradiensi, Dobeslao Kmytha de Wysznycze Woyniciensi Castellanis et Nicolao Pyenyazek de Wythowicze Succamerario et Capitaneo Cracouiensi, sincere nobis dilectis. Datum per manus venerandi patris domini Iohannis Luthkonis de Brzeszye utriusque iuris Doctoris, Ellicti (*sic*) Ecclesie Craconiensis et Regni Polonie Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Ad relacionem prefati venerandi patris Iohannis Luthkonis de Brzeszye etc. et Regni Polonie Vicecancellarii.

Pergaminowy oryginał, starannie i czytelnie pisany, znajduje się w Zakładzie Narodowym Im. Ossol. nr. 185. Pieczęć wraz z sznurem, na którym wisiała, zaginęła.

CLVII.

W Kahujowie 13 (?). Lipca 1464 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, i Jerzy Strumiło, podkomorzy lwowski, jako komisarze wyznaczeni od króla, rozgraniczają Kahujów, Huniatycze i Czerkasy.

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa, palatinus et capitaneus terre Russie generalis, et Georgius Stromylo de Dmoszyn, succamerarius Leopoliensis, comissarii cause infrascripte per serenissimum principem et dominum dominum Kazimirum, Dei gracia

Regem Polonie etc. dominum graciosissimum, specialiter deputati significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo, dum ex commissione speciali et mandato eiusdem regie maiestatis super couplanandis et sopiendis controversiis, discordiis, iniuriis et questionibus variis inter villas Cahvyow wenerabilium dominorum canonicorum sancte ecclessie Leopoliensis ex una et Hvnyatycze, villam regiam tenute puerorum Lanka alias Blasii Srokowsky, tutoris eorundem puerorum, ac etiam Circassy partibus ab altera, coassumptis nobis nobilibus et terrigenis infrascriptis et vocatis hominibus senibus, de consensu utriusque partis, talem fecimus granicierum limitacionem et distinccionem: primo comperimus et invenimus, quod prefata villa Honatycze ad istam partem fluvii Sczyrzecz versus Cavyow *(sic)* ab antiquo nichil habet iuris et proprietatis, sed omnia in eadem parte consistencia pertinent et spectant ad ipsam villam Cahvyow pariter cum prefato fluvio Sczyrzecz. Deinde descendimus in illam partem fluminis Sczyrzecz versus Honatycze, villam regiam tenute nobilis Blasii de Sroky, tutoris puerorum olim nobilis Lanka, et presertim ad prata, de quibus oriebatur discidium et discordia, ibique vocatis partibus et hominum senum ex utraque parte testimonio diligenti nquisicioni (*sic*) examinato, limites et granicies inter villas Kahvyow dominorum canonicorum Leopoliensium et Honatycze villam regiam fecimus, consignavimus et distinximus in hunc modum: primo incipiendo a loco dicto wyr circa fluvium Sczyrzecz ex opposito prati, dicti Knesza lanka, in altera parte fluvii circa Cavyow (*sic*) consistentis, a quo loco processimus usque ad rubos alias lozyny, in cuius medio erreximus et sipari mandavimus scopulum, ministeriali Mathia Pyeczony secundum morem terrestrem adhibito et voce preconica proclamante, neutra parte contradicente, sed de consensu unanimi parcium. Et ab hoc scopulo sic facto et sipato processimus directe ad alium rubum alias loza et in loco, ubi stat alnus alias olscha, de prope semitam, que procedit de Dempnya ad ecclesiam Ruthenicam in Cahvyow et locum, ubi minera alias ruda fodiebatur, ubi erreximus et sipavimus alium scopulum de consensu parcium; post hoc erreximus et sipavimus quinque scopulos minores procedendo per loca predicta, videlicet semitam et mineram; sextum maiorem scopulum versus arvum dictum lynyscze, a quo scopulo ulterius processimus faciendo duos minores scopulos usque ad alnum in fine prati circa mericam alia Czyrcaska dambrowa consistentem, circa quam circulariter mandavimus sipare ultimum scopulum de voluntate et consensu parcium. Postmodo versus Czyrcassy [1]) taliter distinximus et limitavimus primo incipiendo a scopulo predicto ultimo facto dirrecte processimus per omnia prata penes alnum in medio prati stantem usque ad lacum circa fluvium Sczyrzecz, dictum pankowo gezoro, adiudicantes auctoritate regia et vigore commissionis nobis concesse in hac parte omnia et

[1]) Kahujów, Honiatycze i Czerkassy, wsie w powiecie rudeckim, do r. k. kapituły lwowskiej należące.

singula intra scopulos et insignia prefata tam ex parte Honatycze, quam ex parte Czerkaska ad villam Cavyow (*sic*) dominorum canonicorum Leopoliensium spectare et pertinere tenendum, habendum, regendum et utifruendum pacifice et quiete temporibus perpetuis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Cahvyow feria sexta ipsa festi Divisionis Appostolorum [1]) anno domini millesimo quadricentesimo sexagesimo quarto, presentibus generosis et nobilibus dominis Iohanne de Culicow Subpincerna Leopoliensi, Iohanne Czyran de Szemyenowka, Iohanne de Yaczymyr, Michaele de Podwyssoke, Tyrawy de Czyrcaska, Blasio Srokowsky, Costvk de Magna Hroszana et Wyprotek de Pyeczychwosty ac aliis pluribus fide dignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w archiwum kapituły metr. lwow. obrz. łać. (Loc. 17, nr. 2). Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, które zaginęły.

CLVIII.

W Haliczu 28. Maja 1466 r.

Ihnat z Kutyszcza sędzia ziemski i Piotr z Godowa chorąży haliccy poświadczają, że Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, oddał wsie arcybiskupie Miedzyhorce i Siemiankowce w dożywocie Piotrowi z Dobiejowa, podsędkowi halickiemu, i żonie jego Helenie.

Nos Ihnath de Cuthiscza iudex et Petrus de Godow vexillifer Halicienses, in loco sedens generosi Petri de Dobeyow, subiudicis terre Haliciensis, generales significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo veniens personaliter coram nobis, iudicio presidentibus, reverendissimus in Christo pater dominus archiepiscopus Gregorius Leopoliensis, non coactus, nec compulsus, sanus mente et corpore, deliberato (animo) et de consilio ac consensu venerabilis capituli sui Leopoliensis, consideratis gratis obsequiis et bona voluntate, quibus generosus Petrus de Dobeyow ipsi domino archiepiscopo et eclesie (*sic*) sue complacuit et adhuc auctis dicta bona voluntate et fidelibus erga eum et eclesiam (*sic*) obsequiis plus complacere poterit, horum intuitu prefato Petro subiudici villas suas, videlicet unam Medzy-

[1]) Święto *Divisio appostolorum* przypada właściwie na 15. Lipca; dzień ten jednak w r. 1464 był Niedzielą a nie Piątkiem. Ponieważ zaś prędzej przypuścić można, że pisarz wiedział, iż dzień ten jest Piątkiem a pomylić się mógł co do oznaczenia obchodu kościelnego, rozwiązaliśmy datę tę w nagłówku przez: 13. Lipca.

horcze, quam dudum possidet, et aliam Syemyonkowcze [1]), quam a prefato Petro subiudice pro certa summa pecunie emit ac realiter et plenarie persolvit [2]), eamque similiter tenuit et possedit realiter et cum effectu, ambas prefatas villas in solidum dedit ad nutrimentum cum omnibus dictarum villarum proventibus, utilitatibus, censibus, campis, agris, pratis, silvis, mericis, piscinis, demissionibus, molendinis, emolimentis et universis attinenciis et pertinenciis, ad ipsas villas ex antiquo spectantibus, tenere, habere ad tempora vite predicti Petri subiudicis et generose domine Elene, consortis sue, utifrui et possidere. Post discessum autem dicti Petri subiudicis et domine Elene, consortis sue prefate, ambe ville Medzyhorcze et Siemyonkowcze redire debent ad ipsum dominum archiepiscopum et ad eclesiam (*sic*) suam cum omni dominio et pleno iure. Nichilominus tamen ipse dominus archiepiscopus obligavit se pro animabus predicti Petri et domine Elene, uxoris sue, semel in anno missam pro defunctis peragere perpetue et in evum presentibus, et super hoc memoriale positum est, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Halicz feria quarta proxima post festum Penthecosten anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, presentibus magnificis et generosis dominis Stanislao de Chotecz Pallatino terre Russie Generali, Camenecensi, Haliciensi Capitaneo, Michaele alias Muzilo de Buczacz Pallatino Podoliensi, Snyathinensi, Colomiensi Capitaneo, Iohanne de Dalcyow Succamerario, Iohanne de Marthinow Subdapifero, Paulo de Polahycze, Zanissio de Hnylcze Haliciensibus [3]) et aliis quampluribus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łać. (Loc. I. nr. 10). Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Korczak, druga chorążego z odciskiem herbu Odrowąż.

---

[1]) Miedzyhorce i Siemikowce, wsie w powiecie rohatyńskim i dziś do r. k. arcybiskupstwa lwowskiego należące.

[2]) Zobacz dokument tej sprzedaży tom II. nr. CIX, str. 192 i 193. Arcybiskup Grzegorz nabył tę wieś za 250 grzywien tego samego dnia i roku.

[3]) Wyraz ten *Haliciensibus* w niewłaściwem umieszczony miejscu, stać on powinien po wyrazie: *Subdapifero.*

CLIX.

We Lwowie 29. Marca 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza dwa dokumenta wystawione przez Andrzeja Odrowąża ze Sprowy, wojewodę i starostę jeneralnego ruskiego, jeden z dnia 20. Maja 1456 r., drugi z dnia 12. Lipca 1457 r.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat detrimentum, alta regum et principum decreverunt consilia ea litterarum apicibus et testium annotacione perhennare, proinde nos Casimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque videlicet Chulmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo oblata nostre magestati pro parte venerabilium prelatorum et canonicorum tocius capituli ecclesie metropolitane Leopoliensis, devotorum nostrorum dilectorum, peticio continebat, quatinus litteras olim magnifici Andree Odrowansch de Sprowa, palatini et capitanei Russie generalis, in vim privilegiorum de ėt super quibusdam predio, pratis et emolumentis molendinorum seu ductura frumentorum ad eadem ipsis data et confecta, approbare, ratificare, innovare, roborare et confirmare dignaremur de gracia speciali. Quarum unius tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum:

Tutaj następuje dokument Andrzeja Odrowąża ze Sprowy z dnia 20. Maja 1456 r. zamieszczony według oryginału w tomie II. nr. LXXXIV.

Następnie brzmi potwierdzenie dalej:

Alterius vero littere tenor sequitur in hec verba:

Następuje dokument Andrzeja Odrowąża ze Sprowy z dnia 12. Lipca 1457 roku zamieszczony według oryginału w tomie II. nr. LXXXIX. Potwierdzenie brzmi dalej:

Nos autem, litteris eorundem canonicorum diligenter revisis, calculatis et examinatis, sufficientibusque et firmitate dignis repertis et consideratis, ipsorumque canonicorum capitularium ecclesie metropolitane Leopoliensis precibus, tamquam iustis et racioni consonis, benigniter annuentes attendentesque, quod iusta petentibus non sit denegandus consensus, pariter et assensus, de nostre mere et sincere regie liberalitatis clemencia et gracia speciali dictas litteras, presentibus insertas, in omnibus suis punctis, condicionibus, clausulis, articulis iustas et legitimas approbantes ratasque atque gratas et sufficientes

habentes, prout in se ipsis sunt confecte et conscripte, duximus ratificandas, confirmandas et approbandas tenoreque presencium innovamus, ratificamus, approbamus, roboramus et confirmamus perpetuis temporibus duraturum, decernentes ipsas robur obtinere perpetue firmitatis, eximentes universa hec et perpetuo liberantes ab omnibus oneribus, solucionibus et exaccionibus et quibusvis aliis angariis, preangariis et contribucionibus, more secularium nobis et nostris successoribus solvi solitis et consuetis, asscribentes eadem bona, in dictis litteris expressa, cum utilitatibus et quibusvis ecclesiasticis libertatibus perpetuis temporibus, quibus cetere ecclesie cathedrales, in regno nostro consistentes, uti solite sunt et gaudent atque fruuntur, volentes ut deinceps eadem libertate in eternum perfruantur et gaudeant. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum in Leopoli feria quarta proxima post Ramespalmarum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus reverendo in Christo patre domino Gregorio Archiepiscopo Leopoliensi, nec non magnificis et generosis Stanislao de Ostrorog Calisiensi, Stanislao de Chothecz Russie Palatinis, Dobeslao Kmytha de Wysnycze Lublinensi, Nicolao Rosza de Borzyschowicze Zawichostensi et Magistro Curie Regiualis Castellanis Iohanne de Rythwany Marschalco Regni Polonie, Paulo Iasyensky Subdapifero Sandomiriensi, Chelmensis et Belzensis Terrarum Capitaneo, Raphaele de Iaroslaw Capitaneo Leopoliensi, Sbigneo de Oleschnicza Scolastico Ecclesie Cracouiensis, Stanislao de Skarzino, Alberto Byelawsky, Ambrosio Pampowsky Aule Nostre Notariis et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa. Datum per manus venerabilis Alberti de Zichlin Custodis Sandomiriensis, Gneznensis, Cracouiensis, Wladislauiensis et Poznaniensis Ecclesiarum Canonici et Regni Polonie Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Ad eiusdem venerabilis Alberti relacionem de
Zichlin Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w arch. kap. metr. lwowskiej obrządku łacińskiego. (Loc. 12, nr. 5).

Na krańcu zagiętki znajduje się podpis tą samą ręką co cały dokument pisany: „*Stanislaus de Skarzino Aule Regie Notarius presencia scripsit.*

Na zagiętce po lewej stronie współczesną ręką napisane: *Registrata.* Na zewnętrznej stronie dokumentu znajduje się kilka napisów podających treść dokumentu i nie zawierających nic ważniejszego. Ważniejsze tylko dwa dotyczące późniejszej nazwy i położenia młyna o którym mowa:

1) *Molendinum Olchowy cum pratis Mlyniszcze et Czaraczynicza*; 2) *Super pratum Mlyniszcze et Czaraczynica inter molendina Olchowe et Stachyrowskie.* Z pieczęci królewskiej został tylko kawałek, zawieszony na sznurku jedwabnym kolorów białego, czerwonego i zielonego.

Dokument ten był na dniu *feria sexta post festum Sancti Francisci confessoris proxima* (10. Października) *anno domini 1766* w Aktach grodzkich lwowskich oblatowany.

CLX.

W Haliczu 17. Lipca 1469 r.

Ihnat z Kutyszcza sędzia i Mikołaj Sieniawski podsędek ziemscy haliccy poświadczają, iż w r. 1467 Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, i Mikolaj Karnkowski z Meduchy zrobili układ dotyczący sadzawek między Meduchą i Byblem.

Ihnath de Cuthisecza iudex et Nicolaus Synyawsky subiudex Halicienses significamus tenore presencium universis, quibus expedit, quomodo venientes in nostram presenciam reverendissimus in Christo pater dominus Gregorius, archiepiscopus Leopoliensis, cum nobili Nicolao Karnkowsky de Meducha, recognoverunt, quomodo de anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo coram generosis Iohanne Spyeznyk de Bolschow gladifero Haliciensi, Zauissio de Hnylcze, Iacobo de Zarwanycza, Derslao de Wodnyky fecerunt talem concordiam inter ipsum dominum archiepiscopum et dominum Karnkowsky, quam tenere habent ambe partes perpetuis temporibus, prout inferius est descriptum, et eorum successores sub vadio centum marcarum monete et numeri Polonicalis in regno currentis per partem scilicet, que hanc concordiam et amicabilem composicionem ita, ut infra descriptum est, non teneret aut violaret parti illi, que eandem concordiam tenebit, irremissibiliter persolvendarum. Cuius quidem concordie tenor sequitur et est talis. Primo quia ipse dominus archiepiscopus medietatem piscine ipsius domini Karnkowsky, que iacet sub inferiori magna kąnkolnicensi piscina, pro qua medietate ipse dominus archiepiscopus sepius ipsum dominum Karnkowsky vexabat et impediebat, pretendens sibi ius habere racione ripe sue Biblensis, et ad hoc conabatur, alias yktemvsząparl, iam totum ius prefatum medie partis sue dicte piscine ipsi domino Karnkowsky et suis successoribus resignavit. Itaque iam tota piscina predicta est libera ipsius domini Karnkowsky et eius successorum perpetue et in evum, sed ipse dominus Karnkowsky et sui successores non possunt neque debent aggerem et aquam ipsius piscine sic in altum elevare, quod aqua tangeret et suffunderet aggerem piscine predicte domini archiepiscopi aut ei dampnum aliquod faceret, sed sine omni damno et lesione debet agger piscine domini archiepiscopi esse et remanere. Item quando dominus archiepiscopus demittet suam piscinam predictam, tunc eciam dominus Karnkowsky et successores sui semper debent suam demittere scilicet piscinam predictam, vel si non esset tempus demissionis sue piscine predicte propter aliquod accidens, tunc debent tamen de aqua sue piscine predicte demittere, quod dominus

archiepiscopus sine omni damno posset suam piscinam demissam predictam expiscari. Item tempore tocius demissionis sue piscine dominus archiepiscopus semper libere habebit piscari sub demissione, vulgariter podvpusthem, sue piscine predicte. Item nec ipse dominus archiepiscopus, nec sui kmethones debent piscari in piscina domini Karnkowsky, excepto tempore demissionis, et hoc solum podvpusthem. Item e converso racione ipsius eliberacionis sue piscine ipse dominus Karnkowsky dedit et consensit, quod prefatus dominus archiepiscopus aut sui successores potest sue piscine antique in Myedzyhorcze [1]) iacentis, pyąnthnyczsky dicte, aggerem et aquam eiusdem, iuxta quod sibi beneplacitum erit, elevare et sipare in altum et mittere aquam, fundere in terram et in lutum ville Meducha quantumcunque poterit elevare, sine omni contradiccione domini Karnkowsky et eius successorum. Item similiter nec ipse dominus Karnkowsky cum suis successoribus nec eciam kmethones sui debent in predicta piscina domini archiepiscopi Myedzyhorczensi, pyąnthnyczsky dicta, in nullo loco piscari quantumcunque funderit super terram seu lutum ipsius domini Karnkowsky et ville ipsius Meducha, sed debet esse in luto libera ab omni eorum piscacione et ab omni damno. Item prefatus dominus archiepiscopus et ipse dominus Karnkowsky, dum poterint et parati seu apti ad hoc erunt, alias gdysząnatozgotągą, possunt et debent facere et sipare unam aliam piscinam inter predictas duas piscinas scilicet domini Karnkowsky, que est supra, et domini archiepiscopi, que est infra, equalibus laboribus in loco, ubi eis melius et utilius visum fuerit. Et eandem piscinam, dum parata erit, debent eam ambe partes predicte simul et pariter tenere et ea pariter directe per medietatem uti et frui, similiter et labores omnes et singulos pariter et directe tam pecuniis quam hominibus ac omnes impensas facere et impendere, ita quod una pars alteri in nullo preiudicari debet, et omnium piscium, omnium pecuniarum et omnium utilitatum, de eadem piscina proveniencium, sive venditur eius demissio sive non, quelibet parcium habebit semper directam medietatem. Item si aliqua parcium predictarum fortasse paracior ad sipandam dictam piscinam quam altera erit, poterit sipare et laborare, eciam si altera pars ita diu non esset parata et apta ad sipandum, poterit altera pars totam piscinam suis impensis perficere, et omnes impensas et expensas, quas probaverit se legitime in dicta piscina ultra impensas alterius partis impendisse et exposuisse, in prima demissione dicte piscine prius et ante omnia recipere debet et tollere usque ad finalem solucionem suarum impensarum predictarum; et super hoc memoriale positum est, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Halicz feria secunda ipso die sancti Allexii anno domini millesimo quadringentesimo sexage-

---

[1]) Meducha, Bybło, Kąkolniki, Międzyhorce w powiecie rohatyńskim, dobra należące do r. k. arcybiskupstwa lwowskiego.


simo nono, presentibus generosis et nobilibus Iohanne Spycznyk de Bolschow Gladifero, Paulo Curopathwa de Polahycze [1]) Haliciensibus, Zanissio de Hnylcze, Niklone de Noweszyolo, Sigismundo de Gyezow, Michaele Kyerdey de Grochowycze, Andrea Strzeczon de Zolczow et aliis quamplurimis fidedignis ad premissa.

Mathias Notarius scripsit.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łać. (Loc. I. nr. 3). Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci wyciśnięte na wosku zwyczajnym. Pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Korczak, druga podsędka odcisk herbu Leliwa. Na odwrotnej stronie pergaminu napis współczesny: *Concordia pro piscina in Meducha.*

---


[1]) Pomiędzy *Polahycze* i *Haliciensibus* wpisano u góry *Gladifero* dawną, ale nie tą samą ręką.



INDEX.

INDEX

personarum, pagorum, urbium, oppidorum, castrorum, villarum, silvarum, fluminum, rivorum etc. in tabulis hisce occurrentium.



C *).

*) Nazw w texcie łacińskim od tej litery się zaczynających a tutaj nie pomieszczonych, należy szukać pod literą *K*.

D.

H.

I. J.

N.

O.

U.

V. W.



Spis wyrazów niełacińskich

znajdujących się w dokumentach łacińskich w tomie tym oddrukowanych.



Spis pieczęci opisanych w tomie II. do V.

*) Zobacz sprostowanie na końcu III. tomu.



SPIS RZECZY.

strona

Mylki drukarskie tomu niniejszego *).

Str.	7	wiersz	7 w texcie	zamiast:	*tranferimus*	czytaj:	*transferimus*
„	11	„	3 od góry	„	*Dantcs*	„	*Dantes*
„	12	„	8 od dołu w texcie	„	*exluso*	„	*excluso*
„	14	„	8 od góry	„	*conseutudine*	„	*consuetudine*
„	14	„	9 „ „	„	*posident*	„	*possident*
„	15	„	3 od góry w texcie	„	*nostam*	„	*nostram*
„	15	„	2 od dołu w texcie	„	*serviant*	„	*seneiant*
„	17	„	5 od góry w texcie	„	*Dobrinesis*	„	*Dobrinensis*
„	20	„	2 „ „ „	po	*rectori*	opuść	przecinek.
„	21	„	24 „ „ „	zamiast:	*presentibuus*	czytaj:	*presentibus*
„	22	„	3 „ „ „	„	*pubicze*	„	*publicze*
„	22	„	4 w drugim nagłówku	„	*25.*	„	*23.*
„	23	„	6 od góry w texcie	„	*25.*	„	*23.*
„	26	„	10 „ „ „	„	*noste*	„	*nostre*
„	27	„	7 od dołu w texcie	„	*legitttimos*	„	*legittimos*
„	31	„	15 od góry w texcie	„	*frate*	„	*fratre*
„	33	„	8 „ „ „	„	*petencostes*	„	*pentecostes*
„	38	„	11 „ „ „	„	*cofirmare*	„	*confirmare*
„	38	„	13 „ „ „	„	*cofirmaremus*	„	*confirmaremus*
„	58	„	4 w nagłówku	„	*Gotębiowia*	„	*Golębiowa*
„	60	„	2 od góry w texcie	„	*constitus*	„	*constitutus*
„	60	„	17 „ „ „	„	*in dampnos*	„	*indampnos*
„	62	„	7 „ „ „	po	*collacio*	opuść	przecinek.
„	67	„	1 od dołu w texcie	zamiast:	*Jocufch*	czytaj:	*Jocusch*
„	72	„	3 „ „ „	„	*estes*	„	*testes*
„	72	„	11 od góry w texcie	„	*alvos*	„	*alnos*
„	73	„	12 „ „ „	po	*qua*	opuść	(*sic*)
„	77	„	13 od dołu w texcie	zamiast:	*Johannis*	czytaj:	*Iohannis*

*) Z powodów niezależnych od wydawcy, który się nie mógł osobiście zająć korektą arkuszy od 8—18 czyli od strony 57—144, wkradł się do tych arkuszy dość liczny szereg błędów drukarskich. Podaję je powyżej, przepraszając za nie szanownych czytelników. Są to same drobne błędy, któreby i tak każdy umiejętuy czytelnik na pierwszy rzut oka potrafił poprawić, mimo to podajemy je tu dla dokładności.

Str.	79	wiersz	1	od dołu w texcie	zamiast:	*pasuum*	czytaj:	*passuum*
„	80	„	20	od góry w texcie	„	*presumant: inhibentes*	„	*presumant, inhibentes;*
„	83	„	2	od dołu w texcie	„	*superius. rallata*	„	*superius rallata,*
„	87	„	8	od góry w texcie	„	*de super*	„	*desuper*
„	90	„	7	„ „ „	„	*marcaru*	„	*marcarum*
„	90	„	8	od dołu w texcie	„	*civilies*	„	*civiles*
„	91	„	15	od góry w texcie	„	*nuncupatem*	„	*nuncupatum*
„	91	„	7	od dołu w texcie	„	*recogosco*	„	*recognosco*
„	93	„	5	„ „ „	„	*isignierunt*	„	*insignierunt*
„	94	„	2	od góry w texcie	po	*nostra*	opuść	przecinek.
„	94	„	11	„ „ „	zamiast:	*gartificamus*	czytaj:	*gratificamus*
„	94	„	15	„ „ „	„	*majestatis*	„	*maiestatis*
„	95	„	5	od dołu w texcie	„	*pertractere*	„	*pertractare*
„	95	„	4	„ „ „	„	*eclesie*	„	*ecclesie*
„	96	„	1	od góry w texcie	„	*de nostri*	„	*nostri de*
„	96	„	11	„ „ „	„	*possesa*	„	*possessa*
„	97	„	3	w nagłówku	„	22	„	21
„	97	„	3	od góry w texcie	po	*nostrorum*	opuść	przecinek.
„	97	„	9	„ „ „	zamiast:	*nonnigentis*	czytaj:	*noningentis*
„	98	„	21	„ „ „	„	*Mathias*	„	*Mathie*
„	100	„	3	od dołu w texcie	„	*quadrigentesimo*	„	*quadringentesimo*
„	102	„	12	„ „ „	„	*prefatem*	„	*prefatum*
„	103	„	13	od góry w texcie	„	*adjunctus*	„	*adiunctus*
„	103	„	1	od dołu w texcie	„	*Vicecancelarii*	„	*Vicecancellarii*
„	105	„	10	od góry w texcie	„	*sui*	„	*suis*
„	106	„	3	„ „ „	„	*Cancelarii*	„	*Cancellarii*
„	106	„	6	„ „ „	„	*Viceecancellarii*	„	*Vicecancellarii*
„	107	„	16	„ „ „	„	*michilomiuus*	„	*nichilominus*
„	108	„	17	„ „ „	„	*qu orumcunque*	„	*quorumcunque*
„	110	w nagłówku			„	LXXXII.	„	LXXXVII.
„	113	wiersz	10	od góry w texcie	„	*chorumt ritici*	„	*chorum tritici*
„	113	„	12	„ „ „	„	*siliquis*	„	*siliginis*
„	113	„	18	„ „ „	„	*Olshina*	„	*Olschina*
„	116	„	2	„ „ „	„	*at*	„	*et*
„	116	„	21	„ „ „	„	*et*	„	*est*
„	120	„	22	„ „ „	„	*Vicentio*	„	*Vincentio*
„	122	„	1	od dołu w texcie	„	*Stinislao*	„	*Stanislao*
„	123	„	4	„ „ „	„	*acto res*	„	*actores*
„	123	„	2	„ „ „	„	*non iurabilitate*	„	*noniurabilitate*
„	125	„	6	od gory w texcie	„	*successiva*	„	*successiva*
„	128	„	1	„ „ „	„	*honorum*	„	*honorem*
„	135	„	5	„ „ „	„	*expresis*	„	*expressis*
„	136	„	16	„ „ „	„	*nostre*	„	*nostri*
„	137	„	6	„ „ „	„	*laboribos*	„	*laboribus*
„	137	„	18	„ „ „	„	*et et*	„	*et*

Str. 139 wiersz 6 od góry w texcie zamiast: *succesores* czytaj: *successores*
„ 142 „ 2 „ „ „ po *maiori* opuść przecinek.
„ 142 „ 3 „ „ „ po *formidine* opuść przecinek.
„ 142 „ 2 od dołu w texcie zamiast: *consuetes* czytaj: *consuetos*
„ 144 „ 18 od góry w texcie „ *hiusmodi* „ *huiusmodi*
„ 173 w opisie dokumentu „ *niego* „ *niej*
„ 209 wiersz 15 od góry w texcie „ *nquisicioni* „ *inquisicioni*
„ 220 między *Barglowicz* a *Barthkowski* wsuń: *Baroczensis districtus* 67
„ 222 w indexie zamiast *Theodericus et Michael fratres 1401* czytaj *Theodericus, Michael et Woytko fratres 1401.*

Sprostowanie do dokumentu nr. X. tomu II.

W datowaniu dokumentu tego zamiast: *Datum Rome apud Sanctum-petrum in Nonis Aprilis* (5. Kwietnia) *Pontificatus nostri Anno Tertio* czytaj: *Datum Rome apud Sanctum-petrum III. Nonas Aprilis* (3. Kwietnia) *Pontificatus nostri Anno Tertio.* Rozwiązanie daty tej u Barącza Rys dziej. zakonu kaznodziejs. w Polsce I. str 170 i 171 jest zatem trafne, bo dokument ten rzeczywiście pochodzi z dnia 3. (a nie 5.) Kwietnia 1381 r.

Sprostowanie do dokumentu nr. XXV. tomu III.

W wierszu 1 dok. tego zamiast: *excellencia* czytaj: *excellenciam.*
„ „ 2 „ „ „ *sue* „ *sui.*